

**I**nceptum capitula libri vicesimi.

- i **Q**uod quāvis omni tempore deus iudicet: in hoc tamen libro de nouissimo eius iudicio sit p̄prie disputandū.
- ii **D**e varietate rerū humanarū cui nō potest dici deesse iudicium dei: quāvis nequeat mueſtigari.
- iii **Q**uid in libro ecclesiasten salomon de hijs quem h ac viata et bonis et malis sunt omnia disputauit.
- iv **Q**uod ad differendū de nouissimo iudicio dei: novi p̄mū testimoniū ac deinde veteris testimonia probaturus sit.
- v **Q**uibz sentētis dñi saluatoris diuinū iudicium futurū in fine seculi declaretur.
- vi **Q**ue sit p̄ma resurrectio: que secunda.
- vii **D**e duabus resurrectionibus et de mille annis quid in apocalipſi iobāmis scriptum sit: et quid de eis rationabiliter sensiatur.
- viii **D**e alligacōne et solucōe dyabolī.
- ix **Q**uid sit regnū sanctorū cum xp̄o per mille annos: et in quo discernatur a regno eterno.
- x **Q**uid respondēdū sit eis q̄ p̄tant resurrectiōne ad sola corpora nō etiā ad animas p̄tinē.
- xi **D**e gog et magog: quos ad p̄sequendā ecclēhā dei solutus ēp̄e finem seculi dyabolus m̄citabit.
- xii **A**n ad ultimū suppliciū p̄tineat impiorū quod descendisse ignis de celo et eosdeꝝ comedisse memoratur.
- xiii **A**n ante tempus p̄secucōis

- antixp̄i mille anni annumerādi snt.
- xiiij **D**e damnacōne diaboli cū suis et p̄ recapitulacōne de resurrecione corporū omnū mortuorū: et de iudicō vltimū retributionis.
- xv **Q**uis snt mortui quos ad iudicium exhibuit mare: vel quos mors et inferi reddiderūt.
- xvi **D**e celo nouo et terra noua.
- xvii **D**e ecclēie glorificacōne sine fine post finem.
- xviii **Q**uid apostolus petrus de nouissimo dei iudicio pdicat.
- xix **Q**uid apostolus paulus thessalonicensibz scripsierit: et de manifestacōne antixp̄i: cuius tempus dies dñi subsequat.
- xx **Q**uid idem apostolus in p̄ma ad eosdeꝝ ep̄istola de resurrectione mortuorū docuerit.
- xxi **Q**uid ysaias ēp̄ha de mortuorū resurrectiōne et retribuciōe iudicii sit locutus.
- xxii **Q**ualis futura sit egressio sanctorū ad vidēdas penas maiorum.
- xxiii **Q**ue ēp̄hetauerit daniel de persecōne antixp̄i: et de iudicio dei regno q̄s sanctorū.
- xxvij **In** psalmis dawitīs que de fine seculi huius et que de nouissimo dei iudicō p̄cīnātur.
- xxv **D**e ēp̄hetia malachie qua dei iudicium vltimum declaratur: et quorū dicitur p̄ purificatoriā penas facienda mundacō.
- xxvi **D**e sacrificiis que sancti offereant deo sic placitura: quomō in diebz pristinis et annis prisoriis placuerūt.
- xxvii **D**e sepacōibz honorū et maiorū: per quā nouissimi iudicij discrecō declaratur.

**xxviii** *De lege moysi spiritualiter in-*  
*telligenda: ne dñabilia mur-*  
*mura carnalis sensus incurrat.*

**xxix** *De aduentu helie ante iudicium*  
*cuius p̄dicacōne scripturaruz*  
*secreta referante uidei cōuer-*  
*tentur ad xp̄m.*

**xxx** *Quod in libris veteris testa-*  
*menti cū deus legitur iudicatu-*  
*rus: non eundēter xp̄i p̄sona*  
*monstretur: sed ex quibusdaz*  
*testimonij vbi dñs deus lo-*  
*quitur non dubie appareat q̄*  
*ip̄e fit xp̄pus.*

**¶ Explicit capitula libri.xx.**  
**¶ Incipit liber.xx. ¶ Capitulum.**



**P**er die vltimū iudicij dei qđ ip̄e  
donauerit locus  
turi. eūq̄ affer-  
turi adūsus im-  
pios et incredu-  
los: tanq̄ in edi-  
ficij fundamento p̄us ponere testimo-  
nia diuina debemus. Qubi qui nolūt  
credere: hūamis ratiūculis fallis atq̄  
fallacib⁹ cōtrauenire conātur ad hoc  
ut aut aliud significare contēdat qđ  
adhibetur testimonium de literis sa-  
crist. aut omnino diuinitus esse dictū  
negēt. Nam nullū existimo esse mor-  
talū. qui cum ea sicut dicta sūt intel-  
lexerit. et a sumo ac vero deo p̄ aimas  
sanctas dicta esse crediderit: nō eis  
cedat atq̄ consentiat. siue id etiā ore  
fateat. siue aliquo vicō fateri erubet-  
cat aut metuat vel etiā p̄uicacia simili-  
ma insame id quod falsum esse nouit  
aut credit: contra id qđ verū esse no-  
nit aut credit. etiā cōtentissime de-  
fendere moliatur. Qđ ergo in cōfes-  
sione ac p̄fessione tenet omis ecclesia  
di uerī xp̄m de celo esse venturū ad vi-

uos et mortuos iudicados: hūe diu-  
ni iudicij vltimū diem dicimus id est  
nowissimū tempus. Nam per quot di-  
es hoc iudicij tendatur incertum est:  
sed scripturarz more sanctarz diem  
poni solere pro tempore. nemo quin  
tas literas quālibet negligēter legere  
nescit. Ideo aut cū diem iudicij dei di-  
cimus adicimus vltimū vel nowissimū  
quia et nūc iudicat. et ab hūam gene-  
ris inicio iudicavit. dimittens de pa-  
radiso. et a ligno vite sepans primos  
homines peccati magm p̄petratores:  
imo etiā quādo angelis peccatib⁹ nō  
peccat quorū princeps hoīes a scipo  
subuersus in videndo subuertit: p-  
culdubio iudicavit. Nec sine illius al-  
to iustoq̄ iudicō. et in hoc aereo celo  
et in terris a demonū a hominū miser-  
rima est vita errorib⁹ erumisq̄ ple-  
missima. Verū et si nemo peccasset: nō  
sine bono rectoq̄ iudicō vniuersam  
raconalem creaturā p̄seuerantissime  
sibi suo dño colerentē in eterna bea-  
titudine retinēt. Iudicavit etiā nō so-  
lum vniuersaliter de genere demonū  
atq̄ hoīim ut miseri sint ppter p̄morū  
meritū peccatorz: sed etiā de singulo-  
rū operib⁹ p̄priis que gerūt arbitrio  
volūtatis. Nam et demones ne torq-  
antur p̄cant. Nec vtq̄ iusti uel p̄ci-  
tur eis: vel p̄ sua quiq̄ improbitate  
torquētur. Et homines plerūq̄ aperte.  
sem̄ occulte luunt p̄ suis factis di-  
uinitus penas sue i hac vita. siue post  
mortem: quāuis nullus hominū agat  
recte nisi dñmo adiuuet auxilio. Bul-  
lus demonū aut hominū agat inique-  
mis diuino eodēq̄ iustissimo iudicō  
p̄mittatut. Hic ut enī ait apostolus.  
nō est iniquitas apud dñm etiam sicut  
ip̄e alibi dicit. Inscrutabilia sunt iudic-  
ia eius: et inuestigabiles vie eius.  
Non igitur in hoc libro de illis p̄mis  
nec de istis medijs dei iudicij: sed de

ipso nouissimo iudicō quantū ipse trābuerit disputabo: quādo xp̄us de cœlo venturus est viuos iudicaturus et mortuos. **Iste** quippe dies iudicij p̄sprie iam vocatur: eo q̄ nullus ibi erit īmperite querele locus: cur iustus ille sit felix. et ille iustus infelix. **Oim** namq; tunc nō mihi bonoru vera et plēmissima felicitas. et oim nō mihi malorū digna et summa infelicitas apparebit.

**D**e quo animo ferre discimus que patiuntur et boni: et bona nō magis p̄dere que adipiscitur et mali. **A**c per hoc etiā in hīs rebus in quibus non apparet diuina iustitia: salutaris ē diuina doctrina. **N**escimus enī quo iudicio dei bonus ille sit pauper. malus ille sit diues: iste gaudeat. quē pro suis pditīs morib⁹ cruciari debuisse merorib⁹ arbitramur: corristetur ille quē vita laudabilis gaudē debuisse persuader. **E**xeat de iudicō nō solū multus. verū etiā dānatus innocēs. aut iniqūitate iudicis pressus. aut fallis obrutus testimonijs econtrario scelus aduersarius eius nō solū impunitus. verū etiam vindicatus insultat: impius optime valeat: pius lāguore tabescat. **L**atrocinentur suauissimi iuuenes. et qui nec verbo quenq; ledere potuerūt. diuersa morborū atrocitate affligātur: infantes vtile rebus hūamis immatura morte rapiantur: et qui videntur nec nasci debuisse. diuissime insup viuant: plenus criminib⁹ sublimetur honoribus: et hoīem sine querela tenebre ignobilitatis abscondat: et cetera hūusmodi que quis colligit quis enumerat. **Q**ue si habent in ipa velut absurditate constātiā. ut in hac vita in qua homo sicut sacer psalmus eloquitur vanitati similis factus ē. et dies eius velut vmbra p̄tereūt. nō mihi mali adipiscerentur transitoria bona ista atq; terrena nēc mihi bona talia paterentur mala: posset hoc referri ad iudicū iustū dei. vel etiā benignū. ut qui nō erant assēcuturi bona eterna que faciūt beatos: temporalib⁹ vel deciperentur p̄ malicia sua. vel pro dei misericordia consolarentur bonis: et qui non erant passuri eterna tormenta. temporalibus vel p̄ suis quibusq; et quantuliscūq; p̄ccatis affligerentur: vel ppter implendas virtutes exerceretur malis. **P**ūc vero quādo nō solū in malo sunt boni et in bono mali qđ videtur iniustum verū etiā plerūq; et malis mala veniunt ab bonis bona p̄ueniunt: magis inscrutabilia sunt iudicia dei et muestizables vie illius. **Q**uāns ergo nesciamus quo iudicio deus ista faciat. vel fierimat apud quē summa virtus ē et summa sapientia. sumaq; iusticia. nulla infirmitas. nulla temeritas. nulla iniqūitas: salubriter tamendiscimus nō magis pendere seu bona seu mala que videmus esse bonis malisq; commūia: et illa bona querere que bonorum. atq; illa maxime fugere que p̄pria sunt malorum. **C**um vero ad illud dei iudicū venerimus cuius tempus iam p̄sprie dies iudicij. et aliquando dies dñi nūcupatur: nō solū quecūq; tunc iudicabūtur verū etiā quecūq; ab inicio iudicata. et quecūq; usq; ad illud tempus adhuc iudicanda sūt: apparabit esse iustissima. **S**obi hoc quoq; manifestabitur. q̄ iusto iudicō dei fiat. ut nunc tam multa ac pene omnia iusta iudicia dei. sensus mentesq; mortalium lateant: cū tamen in hac re piorū fidē non lateat iustū esse qđ latet.

**D**e p̄pere salomon **¶ Ca.terciū.** sapiēssimus rex israhel qui regnauit in iherusalē. librū qui vocatur ecclesiastes et a iudeis quoq; habetur in sacrarū canōe literarū: sic exorsus

est. **V**anitas vanitatū dixit ecclesia-  
stes: vanitas vanitatū: et om̄ia vani-  
tas. Que abūdātia homī: et om̄i labo-  
re suo quo laborat sub sole. **E**t cū ex  
hac sentētia cōnecteret cetera. cōme-  
morās erūnas erroresq; vite huius.  
et euānescētes int̄erea tēporū lapsus  
vbi nichil solidū: nichil stabile reti-  
netur: in ea rerum vanitate sub sole.  
illō etiā deplorat quodāmō q; cū sit a-  
bundātia sapientie sup̄ insipientiā. si-  
cuit abundātia pacis sup̄ tenebras fa-  
piētisq; oculi snt i capite īp̄ius. i stul-  
lus in tenebris ambulet: vñus tamē  
incursus incurrit om̄ib; vtiq; in hac  
vita que sub sole agitur. significans  
videlicet ea mala que bonis et malis  
videmus esse om̄umia. Dicit etiā illud  
q; et boni patientur mala tanq; mali  
snt: et mali tanq; boni snt adipiscātur  
bona. ita loquens. **E**st inquit vanitas  
que facta est sup̄ terrā. quia sūt iusti  
sup̄ quos venit quasi factū impiorū.  
et sūt impi sup̄ quos venit sic factū  
iustorum. **D**ixi qm̄ hoc q; vanitas. In  
hac vanitate cui quantū satis visum  
est. intimāde. totū istū librū vir sapi-  
entissimus deputavit nō vtiq; ob ali-  
ud. nisi ut eam vitā desideremus que  
vanitatē nō habet sub hoc sole: h̄ ver-  
itatē sub illo qui fecit h̄uc solem. In  
hac ergo vanitate. nūquid nisi iusto  
dei rectoq; iudicō similis eidē vanita-  
ti factus vanesceret homo? In dieb;  
tamē vanitatis sue. interest plurimū  
vtrū resistat an obtempet veritati. et  
vtrum sit exp̄s vere pietatis an p̄ni-  
ceps: nō ppter vite huius vel bona acq̄  
renda. vel mala vitanda vanescendo  
transeūtia: sed ppter futurū iudiciū p̄  
quod erūt. et bonis bona et malis ma-  
la. sime fine mansura. Deniq; iste sapi-  
ens hunc librū sic cōclusit ut diceret.  
**D**eū time et mandata eius custodi. q;  
hoc est om̄is homo: q; om̄e hoc opus

deus ad ducet in iudiciū in om̄i desp-  
ecto. siue bonū siue malū. Quid breui-  
us. verius salubrius dici potuit: Deū  
inquit time. et mādata eius custodi:  
quia hoc est om̄is homo. Quicq; enī  
est hoc. est custos vtiq; mādatoꝝ dei:  
qm̄ qui hoc nō est: nichil est. Non em̄  
ad veritatis imaginē reformatur. re-  
manēs in similitudine vanitatis. Quia  
om̄e hoc opus id est quo d ab homī  
sit in hac vita. siue bonū siue malū de⁹  
adducet in iudiciū. In om̄i respecto  
id ē in om̄i etiā qui contēptibilis hic  
videtur: et ideo nec videtur qm̄ deus  
et ip̄m videt. nec eū despiciat nec cū iudi-  
cat ppterit. **C**a. nn.

**H**uius itaq; vltimi iudicij dei te-  
stimonia de scripturis sanctis  
que ponere institui: p̄us eligenda sūt  
de libris instrumēti noui postea de ve-  
teris. Quāvis enī vetera p̄ora snt tē-  
pore noua tamen anteponēda sūt di-  
ginitate qm̄ illa vetera p̄comisunt no-  
uorū. Noua igitur ponētur p̄us: que  
ut firmius p̄bemus: assumētur et vete-  
ra. In veterib; habentur lex et p̄phetē:  
in nouis euāgelii et apostolice literē.  
Ait aut apl̄us. Per legē enī cognitō  
peccati. Nūc aut sime lege iusticia dei  
manifesta ē. testificata p̄ legē et p̄phe-  
tas: iusticia aut dei p̄ fidē ihesu xp̄i in  
om̄es qui credūt in eū. Nec aut iusti-  
cia dei ad nouū p̄tinet testamentū. et  
testimoniū habz a veterib; librīs: hoc ē  
a lege ac p̄phetis. Prius igit̄ ip̄a cau-  
sa ponēda ē: et postea testes introdu-  
cendi. Hūc i ip̄e xp̄us ihesus ordimē  
seruādū esse demōstrās. scriba inquit  
eruditus in regno dei. similis ē viro  
patrifamilias: proferenti de thesauro  
suo noua et vetera. Non dixit vetera et  
noua. Quod vtiq; dixisset. nisi malu-  
isset meritorū ordimē seruare q̄ tem-  
**E**porum. **C**a. quantū.  
**A**hgo ip̄e saluator cū obiurgarct

civitates in quibus virtutes magnas fecerat neque crediderat. et eis alienigenas anteponerebat: verum amē inquit dico vobis. tiro et sydom remissius erit in die iudicij quod vobis. Et paulo post alteri civitati. amē inquit dico tibi. quod terre solomonū remissius erit in die iudicij quod tibi. Hic euidentissime predicit die iudicij esse venturū. Et alio loco. viri minuti inquit surgēt in iudicio cū genera cōne ista. et condemnabūt eā: quia penitentiā egerūt in p̄dicacōne ione. Et ecce plusq̄ ionabīc. Regima austri surget in iudicio cū generacōne ista et condēnabit eam: quod vesmit a simbō terre audire sapientiā salomonis. Et ecce plusq̄ salomon hic. Duas res hoc loco discimus in venturū. esse iudicij cū mortuorū resurrectōe venturū. De minutiis enī regia austri quā ista dicebat de mortuis sime dubio loquebat: quos tamē in die iudicij resurrecturos esse p̄dixit. Nec ideo dixit condēnabūt. quod ip̄i iudicabunt: sed quia ex ip̄o rū opacōne. isti merito damnabūt. Rursus alio loco. cū de hominib⁹ honorū. et malorū nunc pmixtione. postea separacōne que vtiq̄ in die iudicij futura est loqueret: adhibuit similitudinem de tritico seminato. et sup seminatis iheranijs: eāqz suis exponēs discipulis. q̄ seminat in q̄t bonū semē est filius homis. ager autē est mūdus. bonū vero semē hīj sūt filii regni. p̄ma autē hīj filii sūt nequā. inimicus autē qui seminavit ea. est diabolus. Quidis autē osimacō est seculi: messores vero angeli sunt. Dicū ergo colligūtur iherania et ī ḡm cōburūtur: sic erit in consumacōne seculi. Quidis filius homis āgēlos suos. et colligēt de regno suo omnia scandalā. et eos q̄ faciūt iniquitatē. et mittent eos in camīuz ī ḡmis. ibi erit fletus et stridor dentū: tūc iusti fulgebūt sicut sol in re-

gnō p̄ris eoz. Qui habet aures audiendi audiat. Hic iudicū quidē vel diē iudicij nō nos iauit: sed eū multo clarus ip̄is rebus exp̄ssit. et in fine seculi futurū esse p̄dixit. Tē discipulis suis. amen inquit dico vobis. quod vos qui sc̄tūtis me. in regeneracōe cū sedebit filius homis in sede maiestatis suo. sedebitis et vobis sup sedes duodecī iudicātes duo deā tribus israhel. Hic discimus cū suis discipulis iudicaturū ihesū. Vnde et alibi iudeis dixit. Si ego in belzebub eicio de mona: his vestri in quo eiciunt. Ideo ip̄i iudicētes vestri erūt. Nec qm̄ sup duodecī sedes lessiros esse ait. xii. solos homines cum ip̄o iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero. vniuersa quedā significata est iudicantiū multitudo ppter duas ptes numeri septenarij: quo significat plesrūqz vniuersitas. Que due ptes id ē tria et quatuor. altera p alterā multiplicate: xii faciūt. Nam et quatuor ter. et tria quater. xii. sunt. Et si qua alia huic duodenarij numeri que ad hoc valeat racō reputur. Alioquin qm̄ in locū iude traditoris apostolū mathiā legimus ordinatū: apostolus paul⁹ qui plus illis omib⁹ laborauit ubi ad iudicādū sedeat. nō habebit. Qui p̄fēcto cū alijs sanctis ad numerū iudicū se p̄tinere demonstrat. cū dicit. Nesciatis quod angelos iudicabimus. De ip̄is que q̄ iudicādis in hoc numero duo denario similis causa est. Non enī quod dictū est iudicātes. xii. tribus israhel tribus leui que terciadecima est ab eis iudicāda nō erit: à solū illū populi. nō etiā ceteras gentes iudicabūt. Qd̄ autē ait in regeneracōe p culdubio mortuorū resurrectōem. noīe voluit regeneracōis intelligi. Hic enī caro nostra regenerabitur p incorruptionem: quēadmodū est anima nra

regenerata p fide. **M**ulta p terea. q de  
vlnio iudicio ita dici videtur ut diligē  
ter considerata repiatur ambigua.  
vel magis ad aliud p tinentia. siue sej  
ad eū saluatoris aduentū. quo p totū  
hoc tempus in ecclesia sua venit. hoc  
est in mēbris suis. p ticulari atqz pau  
latim qm tota corpus est eius: siue ad  
excidū terrene iherusalē. qz de illo  
cū loquē plerūqz sic loquitur tanq  
de fine seculi. atqz illo die iudicij no  
uissimo. et magno loquatur: ita ut di  
noscā nō possit om̄mo. nisi ea quē apō  
tres euāgelistas. matheū marcuū lu  
cam. de hac resimiliter dicta sūt inter  
se om̄ia oferātur. **R**uedā quippe alter  
obscurius alter explicat plamius: ut  
ea que ad vñā rem p tinentia dicūtur.  
appareat vñ dicātur. **N**ō facē uteqz  
curaui i quadā epistola quā rescripsi  
ad beate memorie virū eliciū salomita  
verbis ep̄m. cuius epistole titulus  
est de fine seculi. **P**roinde iā illud hic  
dicā qd in euāgelio secundū matheū  
de sepacōne honorū et malorū legitur  
p iudicij p sentissimū atqz nouissimū  
xpi. **C**ū aut̄ venerit inquit filius hois  
in maiestate sua. et om̄es angeli cum  
eo. tūc sedebit sup sedem maiestatis  
sue et congregabūtur ante eū om̄es  
gētes. et sepabit eos ab inuicē. sicut  
pastor segregat oves ab hedīs. et sta  
tuet oves quidē a dextris suis. hedīs  
aut̄ a sinistris. **T**ūc dicit rex hijs qui  
a dextris eius erūt. **V**enite bñdicti  
patris mei: possidete paratū vobis re  
gnū a constitucōe mundi. **E**shiriū enī:  
et dedistis michi manducare. **D**itiū:  
et dedistis michi bibere. **H**ospes erā:  
et collegistis me. **R**udus: et coopus  
istis me. **I**n carcere erā: et remistis ad  
me. **T**unc respōdebūt ei iusti dicētes.  
**D**ñe. quando te vidimus esurientē et  
paucimur te. sitiētē et dedimur tibi  
potū. **Q**uādo aut̄ te vidimus hospi  
te.

te. et collegimur te. aut nudū. et co  
perimus te. **A**ut qn̄ te vidimus m  
firmū. aut i carcere: et remis ad te  
**E**t respondēs rex dicet illis. **A**mē di  
co vobis. quādiu vni fecistis de hys  
fratrib⁹ meis minimis: michi fecistis.  
**T**ūc dicet inquit a hijs qui a sinistris  
eius erūt. **D**iscedite a me maledicti in  
ignem eternū: qui paratus est diabol  
o et angelis eius. **D**einde similiter  
etia hijs enumerat quod illa nō fec  
runt qd extros fecisse memor: aut simi  
liter qz interrogātib⁹ qn̄ euvidetur  
in horū indigēta ostitutū. et qd mini  
mis suis non factum est sibi factum  
nō fuisse respondit. sermonēqz cōclu  
dens. et ibūt in qd hī in suppliciū eter  
nū: iusti aut̄ in vitā eternā. **J**ohānes  
vero euāglista aptissime narrat cū  
in resurrectōe mortuorū futurū p dix  
isse iudicij. **C**ū enī dixisset. neqz enim  
pater iudicat quenqz hī iudicij omne  
dedit filio. ut om̄es honorificēt filium.  
sicut honorificat patrē. qn̄o honorif  
cat filii nō honorificat p̄ez qm̄ sit illū:  
ptinus addidit. **A**mē amē dico vob  
quia qui verbū meū audit. et credit ci  
qui me misit habet vitā eternā et in iu  
dicij nō remitt. sed transit a morte i vi  
tā. **E**cce hic dixit fideles suos in iudi  
ciū nō remitt. **Q**uomō ergo p iudicij  
sepabūtur a malis. et ad eius dexterā  
stabūt: nisi quia hoc loco iudicij p  
dānacōne posuit. **I**n tale quippe iudi  
ciū nō remett. qui audiūt verbū eius. et  
credūt ei qui misit illū. **C**a. sextū.

**D**ēinde adiūgit et dicit. **A**men  
**D**amē dico vobis qz remī hora. et  
nūc est qn̄ mortui audierūt vocē filij dei:  
et qui audierint vivēt. **D**icūt enī pa  
ter habet vitā in semetip̄o: sic dedit et  
filio habē vitā in semetip̄o. **N**ondū  
de scđa resurrectōe id est corporū lo  
quitur qz in fine futura est: sed de pma  
qn̄ nūc ē. **H**āc quippe ut distinguēret

ait. Vemit hora et nūc est. Non autē ista corporū. sed animarū est. Habet enim et anime mortē suam in inpietate atq; peccatis. Sed quā mortē mor- tuū sunt. de quibus idē dñs ait. Omnes mortuos sepelire mortuos suos: ut sc̄z in anima mortui. in corpe mortuos se- pelirēt. Propter istos ergo inpietate et iniquitate in anima mortuos: vemit inquit hora et nūc est q̄n mortui audi- ent vocē filij dei: et qui audierint vi- uent. Qui audierint dixit. qui obedi- erint. qui crediderint et usq; in finem pseuerauerit. Nec fecit hic ullā diffe- rentiā bonorū et malorū. Omībo enī bonum est audire vocē eius et vivere ad vitā pietatis ex inpietatis morte transeundo ire. De qua morte ait apls paulus. Ergo omnes mortui sunt. et p oīib; mortuus est xp̄us: ut qui vi- uūt iam nō sibi viuāt: sed ei qui p ip̄is mortuus est et surrexit. Omnes itaq; mortui sūt in peccatis. nemime pr̄sūs ex- cepto siue originālib; siue enī volū- tate additis. vel ignorādo vel sciendo nec faciēdo quod iustū est. Et p oīib; mortuis. viuūs mortuus est enī id est nullū habēs omīmo peccatū: ut qui p remissionē peccatorū viuūt iam nō sibi viuant. S; ei qui p oīib; mor- tuus est ppter peccata nostra. et resur- rexit ppter iustificatiōnē nostrā: ut cre- dentes ī eū qui iustificat impiū: ex in- pietate iustificati. tanq; ex morte vi- uificati ad p̄mā resurrectōnē que nūc est aīaz. ptinere possemus. Ad hāc enī primā nō ptinēt nisi qui beatū erūt in eternū. Ad secūdā vero de qua mox locuturus est et beatos ptinere doce- bit et miseros. Ita est misericordie: illa iudicij. Propter qđ i psalmo se- p̄tū est: misericordiā et iudiciū cantabo tibi dñe. De quo iudicō oīsequēter ad- nūxit. atq; ait. Et ptātem dedit ei cui- dicauz facere: qđ filius homis est. Hic

ostendit qđ ī ea carne vēmet iudica- turus ī qua venerat iudicātus. Ad hoc enim ait quomā filius homis est. Ac deinde subiugēs vnde agimus. nolite inquit mirari hoc qđ vēmet hora ī qua omes qui ī monumētis sūt. audiēt vocē eius. et pcedēt qui bona fecerūt ī resurrectōnē vite: qui vero mala egerūt ī resurrectōnē iudicij. Hoc illud ē iudicij qđ paulo ante sic nūc p dānacōne posuerat dicēs. qui verbū meū audit a credit ei qui misit me habet vitā eternā: et ī iudicij nō vēmet sed transit a morte ī vitā: id est ptinēdo ad p̄mā resurrectōnē qua nūc trāhitur a morte ad vitā. ī dāna- cōne nō vēmet quā significavit ap- pellacōne iudicij: sicut etiā ī hoc vbi ait. qui male egerunt ī resurrectōnē iudicij: id est damnationis. Resur- gat ergo ī prima: qui nō vult ī se- cunda resurrectione damnari. Vem- mit hora et nūc ē q̄n mortui audiēt vo- cē filij dei. et qđ audierit viuent id est ī dānacōne nō vēmet: que sc̄da mors dicitur. In quā mortē post secūdā que corporū futura est resurrectōne: p̄cipi tabūtur qui ī p̄ma que animarū est nō resurgūt. Vemit enī hora vbi nō ait: et nūc est: qđ ī fine seculi erit. hoc est ī vltimo et maximo iudicio dei q̄n omes qui ī monumētis sūt audiēt vo- cēm eius et pcedēt. Nō dixit quēad- modū ī p̄ma. et qui audierint viuent: nō enī omes viuent. ea sc̄z vita que qm̄ brata est. sola vita dicenda est. Nam vtiq; non s̄me qualicūq; vita possent audire ī de monumētis resurgēte car- ne pcedere. Quare autē nō omes vi- uent: ī eo qđ sequitur docet. Qui bo- na inquit fecerūt ī resurrectōnē vite h̄i sūt qui viuent. Qui vero mala ege- rūt ī resurrectōnē iudicij: h̄i sūt qui nō viuent. qđ sc̄da morte moriēt. Ola- la quippe egerūt: qm̄ male vixerunt.

male autem vixerunt: quod in prima que nunc  
est aiaz resurrectione non reuxerunt:  
aut in eo quod reuxerat non in finem usque  
manserunt. **D**icit ergo due sunt genera-  
tiones de quibus iam supra locutus fu-  
vna secundum fidem que nunc fit per baptismum  
alia secundum carnem que fit in eius incor-  
ruptionem. atque immortalitate per iudi-  
cium magnum atque nouissimum: ita sunt et  
resurrectores due. vna prima et nunc est  
et aiaz est. quod venire non permittit in mor-  
te secundam: alia secunda que non nunc sed in se-  
culi fine futura est: nec aiaz sed corporum est. quod per ultimum iudicium alios mittet  
in secundam mortem: alios in eam vitam quod non  
habet mortem. **T**erza septimum.

**D**euabus resurrecti idem  
Iohannes evangelista in libro quo  
dicitur apocalypsis eo modo locutus est.  
ut ea per prima a quibusdam nostris non  
intellecta insuper etiam in quasdam redicu-  
las fabulas verteretur. Ait quippe in  
libro memorato iohannes apostolus. Et  
vidi angelum descendente de celo habe-  
te clavem abissi. et catamenam in manu sua.  
et tenet draconem illum spiritum antiquum  
qui cognovit est diabolus et satan  
nas. et alligauit illum mille annos et misit  
illum in abissum et clausit. et signauit super  
eum ut non seducatur iam gentes. donec fini-  
antur mille annos: post hunc oportet eum solui  
breui tempore. Et vidi sedes et sedentes  
super eas. et iudicium datum est. Et aie oce-  
sionem propter testimoniū ihu. et propter  
verbū dei. et si qui non adorauerint bestiam  
nec imaginem eius. nec acceperunt in-  
scriptioꝝ in fronte aut in manu sua. et  
regnauerunt cum ihu mille annos: reliquias  
eorum non vixerunt donec sumatur mille  
annos. **H**ec resurrectio prima est. Hunc  
et sanctus est: qui habet in hac prima  
resurrectio parte. In istis secunda mors  
non habet potestate: sed erunt sacerdotes  
dei et christi. et regnabunt cum eo mille annos.  
Qui propter hunc huius libri verba prima

resurrectio futurā suspicati sunt corpora-  
lē: inter cetera marie numero anno-  
rum mille promoti sunt tantum oportet in san-  
ctis istis eo modo velut tanti temporis fieri  
sabbatismū. vacacione scilicet sancta post  
labores annorum sex milium. ex quo crea-  
tus est homo. et magis illius peccati  
merito in huius mortalitatis erunas  
de paradisi felicitate dimissus est: ut  
quoniam scriptum est. unus dies a pomeridie hunc  
mille annos mille annos hunc dies unus: sex  
annorum milibus tantum sex diebus imple-  
tis. sequatur velut septimus sabbatum  
annorum mille postremis. **A**d hoc scilicet  
sabbatu celebrandum resurgentibus sanctis.  
Que opinio esset utrumque tolerabilis. si  
alique delicie spuiales mille sabbato  
affutare sanctis per dominum presentiam crede-  
retur. **N**am etiam nos hoc optimi sumus  
aliquando. **H**ed cuicunque resur-  
rexit dicatur immoderatissimis car-  
nalibus epulis vacaturos in quibus ibi  
sit status ac potus. ut non soli nulli a mo-  
destia teneantur sed modum quod ipsius mercede  
dulitas excedat nullo modo ista possunt  
misericordia carnalibus credibili autem quod spuiales  
sunt: istos ista credentes chilias apostolus ap-  
pellat grecocabulo. quod ubi e verbo exponentes nos possumus mili-  
rios nuntiupare. **C**os autem longum est re-  
tellere ad singula. sed potius quemad-  
modum scriptura hunc accipienda sit: nam de-  
bemus ostendere. Ait ipse dominus Iesus  
christus. **N**emo potest introire in domum  
fortis. et vasa eius eripe nisi prius alli-  
gauerit fortē. diabolū volens intelligi  
fortē. quod ipse genus humanum potuit tene-  
re captiuū: vasa vero eius quod fuerat ex-  
repturus. fideles suos futuros. quos  
ille diuersis peccatis atque impietati-  
bus possidebat. **P**ot ergo alligaret  
hic fortis: propterea videt iste apostolus in  
apocalypsi angelum discendente de celo  
habentem clavem abissi. et catamenam in manu  
sua. **E**t tenet inquit draconem illum spiritum

antiquū qui cognomiatus est diabolus et satanas et alligavit eum mille annis: hoc ē eius potestate ab eis seducēdis. ac possidēdis qui fuerāt liberādi cohībiuit atq; frenauit. **M**ille aut anni: duob; modis possunt quās tū michi occurrit intelligi. aut q; in ultimis annis mille ista res agit id est sexto annorū miliario tanq; sexto die. cuius nūc spacia posteriora volūtur. secuturo dēinde sabbato qd nō habet vespā re quie sc; sanctorū q; nō hab; finē: ut huius miliarij tanq; dī ei nouissimaz partē q; remanebit usq; ad terminū seculi. mille annos appella ueit. eo loquēdi mō quo pars sig mīficatur a toto. aut certe mille annos pāmis omib; huius seculi posuit: ut pfecto numero notaret ipa temporis plenitudo. millenarius enī numerus denarij numeri quadratū solidū redit. **D**ecē quippe decies dūcta: fūt cētū. Que iā figura qdrata. sed plana ē. **V**t autē in altitudinē surgat. i solida fiat: ruris centū decies multiplicant̄ et mille fūt. Porro si centū ipa p vniuersitate aliqui ponātur. quale illud ē. qd dñs omia sua dimittit̄ et eū seqnū promisit dices. accipiet in hoc seculo cētuplū. qd exponēs quodāmō apls ait. quasi nichil hīntes. et omia possidentes. q; i ante iā dictū erat. fidelis homis totus mūdus dūtiarū ē: qnto magis mille p vniuersitate ponuntur. vbi est soliditas ipius denarie qdrature. **V**nde et illud melius intelligitur: qd in psalmo legitur. Memor fuīt in seculū testamēti sui. verbi qd mādauit i mille generacōes: id ē in oēs. **E**t misit illū inquit in abissum. Vtq; diabolū misit in abissuz. Quonōie si ḡmificata ē multitudo innumerabilis impiorū quoq; i maligmitate aduersus ecclesiā dei multū p funda sūt corda. nō q; ibi diabolus ante nō erat: h

ideo dicit̄ illuc missus. q; exclusus a credētib; plus cepit impios posside re. Plus nāq; possidet̄ a diabolo qui nō solū alienatus est a deo: verū enī gratis odit scrumentes deo. **E**t clausit inquit. et signauit sup eū. ut nō seduceret iam gentes. donec finātū mille anni. Clausit sup eum dictū est: inter dixit ei ne possit exire. id est reticū trāsgredi. **S**ignauit autē qd addidit significasse michi videtur. q; occultū esse volunt qui ptineāt ad partē dia boli. et qui nō ptineāt. **H**oc quippe in seculo isto pr̄sus latet. q; et qui vide tur stare vtrū sit casurus a qui videt iacere vtrū sit resurrecturus in certū ē. Ab eis autē gētib; seducēdis huius interdicti vīnculo a claustrō dia bolus phibet̄ atq; cohībet̄: quas ptinētes ad xp̄m seducebat antea. vel tenebat. **H**as enī deus elegit ante mūdi cōstituicōne eruē de potestate tene brāz et trāsserre i regnū filii clarita tis sue. sicut aplus ait. Nam seducere illū gētes etiā nūc. et secū trahē i eternā penā sed nō pdestimatas in eternā vitā: quis fidelis ignorat̄. Nec moueat qd sepe diabolus seducit etiā illos: qui regenerati etiā in xp̄o. vias ingredūntur dei. **N**ouit enī dñs q; sūt eius. Ex hijs in eternā dānacōne nemī ille seducit. **D**ic enī nouit eos dñs: ut deus quē nichil latet etiā futu roū. nō ut homo q; hoīem ad pīns videt. hīn videt cuius cor nō videt. quālis autē postea sit futurus. nec seipm vident. **A**d hoc ergo ligatus est diabolus i inclusus in abissō. ut iā nō seducat gentes. ex quib; oītat ecclēsia quos anteā seductos tenebat. anteq; esset ecclēsia. **N**ec enī dictū ē. ut nō seducere aliquē. hīt nō seducere inquit iā gētes i quib; ecclēsā pculdubio vōluit intelligi. Donec finātū inqt mil le anni. id est aut qd remanet de sexto

die qui ostat ex mille annis. aut omnes  
annum quibus deinceps hoc seculum pagē  
dū est. Nec sic accipiendū est. qđ ait  
ut nō seduceret gentes donec simā-  
tur mille anni: qđ postea seducturus  
sit eas dūtaxat gētes ex quibus pde-  
stīmata ostat ecclesia: a quibus seducē-  
dis illo est vinculo claustroq; phibi-  
tus: s; aut illa locutōne dictū est qđ in  
scripturis aliquoties inuenit. qualis  
est i psalmo. sic oculi nři ad dñm dēū  
nřm donec misereatur nři. Neq; enī cū  
misertus fuit. nō erūt oculi suorū ei⁹  
ad dñm dēū suū. Aut certe iste ē ordo  
verbōꝝ. Et clausit et signavit sup eū:  
donec simātur mille anni. Qđ vero m-  
terposuit ut nō seduceret iā gentes.  
ita se hab; ut ab huius ordinis one-  
xione sit liberū. et seorsū intelligendū  
velut si post adderet. ut sic se haberet  
tota sentētia. Et clausit et signavit su-  
p eū donec simātur mille anni ut non  
seducēt iam gentes: id est ideo clau-  
sit donec simātur mille anni. ut nō se-  
duceret iā gentes. Ca. octauū.

**D**icit bec inquit oportet eū solui  
breui tpe. Si hoc ē diabolo li-  
gari intrudi. ecclesia nō posse seduc-  
cere: hec ergo erit soluō eius ut pos-  
site Absit. Nunq; enī ab illo ecclesia  
seducēt pdestīmata et electa atē mū-  
di ostītūcōꝝ. de qua dictū ē. nouit deus  
qui sūt eius: et tū hic erit etiā illo tē-  
pore quo soluēdus ē diabolus. sic ex  
quo ē instituta hic fuit et erit omni tē-  
pore: in suis vtiq; qđ succedūt nascendo  
moriētib;. Nā paulopost dicit. qđ so-  
lūtus diabolus seductas gētes toto  
orbe terrarū attrahet in bellū adūsus  
eā: quorū hostiū numerus eit ut are-  
na maris. Et ascenderūt inq; sup ter-  
re latitudinē. et cinxerūt castra sancto-  
rū. et dilectā ciuitatē. et descēdit ignis  
de celo a deo. et comedit eos: et diabo-  
lus qđ seducebat eos missus ē in sta-

gnū ignis et sulphuris ubi et bestia et  
pseudo p̄p̄ete: et cruciabitur die ac  
nocte in secula seculorū. H; hoc iā ad  
iudiciū nouissimū pertinet qđ nūc ppter  
ea cōmeormādū putavi ne qđ existi-  
met eo ipso paruo tpe quo solueret dia-  
bolus in hac terra ecclesiaz nō futurā.  
illo hic eam vel nō inueniēt cū fuerit  
solutus: vel absumente. cū fuerit mo-  
dis om̄ib; psecutus. Non itaq; p totū  
hoc tempus qđ liber iste oplectitur a  
prīmo sc̄ aduentū xp̄i usq; in seculi fi-  
nē qui erit sc̄bus eius aduētus. ita di-  
abolus alligat. ut eius h̄ec ipa sit alli-  
gacō. p hoc interuallū qđ mille anō-  
rū numero appellat nō seducē ecclesi-  
am: qñquidē illā nec solutus vtiq; se-  
ducturus est. Nā pfecto ei si alligari  
est nō posse seducē hue nō pmitti: qđ  
eit solui. n̄i posse seducē hue pmitti  
Qđ absit ut fiat. H; alligacō diaboli  
est nō pmitti exercere totā tēptacōꝝ  
quā potest vel vivel dolo ad seducēdos  
hoies in partē suā cogendo violēter.  
fraudulēterue fallēdo. Qđ si pmittē-  
tur i tā longo tēpore. et tanta infirmi-  
tate multōꝝ: plurimos tales quales  
deus id ppeti nō vult. et fideles deice-  
ret i ne crederet impeditret. Quod ne  
faceret: alligatus ē. Tūc aut solueret.  
qñ breue tēpus erit. Nā tribū annis  
et sex mēib;. legit̄ totis suis suorūq;  
virib; seuiturus. Et tales erūt cū qui-  
bus eis belligerandū est: ut vīci tā-  
to eius impetu n̄i dijsq; non possunt.  
Si aut nunq; solueret minus appa-  
rēt eius maligna potētia. minus san-  
cte ciuitatis fidelissima patiētia pba-  
ret: minus deiq; pspiceretur. qđ mas-  
gno eius malo tā bene fuit sus om̄i-  
potēs deus. qui eū nec om̄imo abstus-  
lit a tēptacōne sanctoē: quāvis ab  
eoꝝ interiorib; homib; ubi i dēū cre-  
ditur. foras missum. ut eius formicetus  
impugnacōe p̄ficeret. et in eis qui sūt

ex parte ipsius alligavit. ne quantā posset effundēdo. et exercēdo maliciā innumerabiles infirmos. ex quibus ecclēsiā multiplicari. et impleri oportebat alios credituros. alios iā credentes a fide pietatis hos deterreret. hos frangēt. Et soluet ī fine: ut q̄ fortē ad uersariū dei ciuitas supauerit. cū magni gloria sui redēptoris. adiutoris liberatoris aspiciat. In eoz sane qui tūc futuri sūt sanctoruī atq; fideliū cōparacōe quid sumus? Quidquidē ad illos p̄bādos tantus soluetur inimicus: cū quo nos ligato tantis piculis dimicamus. q̄uis ī hoc tēporis interūallo. quosdā milites xp̄i rā prudenter & fortes fuisse. atq; esse nō dubiuē ut etiā si tūc ī ista mortalitate viueret. q̄n ille soluet: omes insidias eius atq; impetus et cauerēt prudētissime. et patiētissime sustinerent. Hec autē alligacō diaboli nō solū facta est ex quo cepit ecclēsia p̄ter iudeā terrā in nacōes alias atq; alias dilatari: s; etiā nūc ī h̄et usq; ad termmū seculi quo soluēdus est: q̄ et nūc hoīes ab infidelitate ī qua eos ip̄e possidebat cōuertūtur ad fidē. et usq; ī illū finē si ne dubio ouerent. Et vtiq; vnicuiq; iste fortis tūc alligat: q̄n ab illo tāq; vas eius eripitur. Et abissus ubi inclusus est nō ī eis osūpta est q̄n sunt mortui. q̄ tūc erāt quādo esse cepit inclusus. s; successerūt eis alii nascendo atq; succedunt donec finiatur hoc seculū qui oderit xp̄ianos. ī quoꝝ quōtidie velut ī abīso cecis et p̄fundis cordibꝫ includat. Vtrū aut etiā illis vltimis tribꝫ animis & mensibꝫ sex. q̄n solutus totis viribꝫ seuiturus ē aliq; ī qua nō fuerat sit accessurus ad fidē nōnulla questio ē. Quomō enī stabit qđ dictū est. quis intrat ī domū fortis ut vasa eius eripiat nisi prius alligerit fortē si etiā soluto eripiūtūre. Ac

p̄ hoc cogere videtur ista sentētia ut credamus illo sc̄i exiguo tēpore nemī accessurū esse p̄plo xp̄iano: s; cū eis qui iā xp̄iam repti fuerint diabolū pugnatū: ex quibus etiā si aliqui vici seuti cū fuerint: nō eos ad p̄destinatū filiorū dei numerū p̄tinere. Neq; enī frusta idē iohānes apl's q̄ib; hāc apocalip̄sim sep̄hit. ī ep̄la sua de quibusdā dicit. Ex nobis exierūt: sed nō p̄misserint vtiq; nobiscū. s; quid fieri de paruulis? Nūcū quippe incredibile est. nullos iā natos. et nōdū baptizatos. p̄occupari xp̄ianorū filios illo tēpore īfantes: nullos etiā ip̄his nasci iam diebꝫ: aut si erūt nō eos a parēbꝫ suis ad lauacrū regnacōis mō quocūq; p̄duci. Quod si her: quo pacto soluto iā diabolo vasa ista eripiētūr ī cuius domū nemo intrat ut vasa eius eripiat nisi prius alligerat ī eū. Imo vero id potius ē credēdū: nec qui cadat de ecclēsia nec q̄ accedat ecclēsie illo tempore defuturos. s; p̄fecto tam fortes erūt. et pentes p̄ baptizādis paruulis suis. et h̄i q̄ tūc p̄mitūs credituri sūt: ut illū fortes vincat etiā nō ligatū id ē omibꝫ quilibꝫ antea nunq; vel arubꝫ īfidiante vel vrgentē viribꝫ. et vigilāter intelligant. et tolerāter ferāt: ac sic illi etiam non ligato eripiātur. Nec ideo falsa erit euāgelica illa sentētia. quis intrat ī domū fortis. nisi prius alligerat fortē: sc̄dm enī sentētia eius veritatē. ordo iste seruatus ē. ut prius alligeretur fortis. ereptisq; vasis eius longe lateq; ī omibꝫ gentibꝫ ex firmis et mfirmis ita multiplicaret ecclēsia. et ex ip̄a rerū dīmitis p̄dictaz. et impletaz robustissima fide etiā soluto vasa posset auferre. Hic ut enī fatendū est multorū refrigescere caritatez cum abundat īiquitas. et īmisitatis

maximisq; pseucomib; atq; fallacijs  
diaboli iam soluti eos qui in libro vi-  
te scripti nō sūt multos esse cessuros;  
ita cogitādū est nō solū quos bonos  
fideles illud tempus inuenier. sed nō  
nullos etiā qui foris adhuc erūt ad-  
iuuāte dei grā p̄ sideracōz scriptura-  
rū. in quib; et alia et fīmis ipē p̄nūcias-  
tus est. quē venire iam sentiūt. ad cre-  
dendū qđ nō credebant futuros esse  
firmiores; et ad vīncēdū etiā nō ligat-  
um diabolū fortiores. Qd̄ sita erit:  
pt̄terea p̄cessisse dicēda est eius alli-  
gacō. ut et ligati soluti expoliacō se-  
queret: qm̄ de hac re dictū ē q̄s m̄tra-  
bit i domū fortis ut vasa eius eripiat  
m̄si p̄us alligauerit fortēs. Ca. ix.

**I**nterea dū mille annis alligatus ē  
diabolus. sancti regnāt cū xp̄o etiā  
ip̄is mille annis. eisdē sine dubio. et eo-  
dē mō intelligēdis id est ex isto iam  
tempore p̄œis eius aduentus. Excepto  
quippe illo regno de quo in fine dictu-  
rus est venire bñdicti pris mei possi-  
dete paratu vobis regnū. m̄si alio ali-  
quo mō lōge quidē impari iā nūc re-  
gnarent cū illo sancti eius quib; ait.  
ecce ego vobiscū sū usq; in oſūmacōz  
seculi: pfecto nō etiā nūc diceret ec-  
clesia. regnū eius regnū celoz. Nam  
vñiq; isto tpe i regno dei crudel scri-  
ba ille. qui profert de thesauro suo no-  
ua et vetera. de quo sup̄ locutū sumus:  
et de ecclia. collecturi sūt i zama messo-  
res illiq; p̄misit cū tritico simul cresce-  
re usq; ad messem. Qd̄ exponens ait.  
Nessis est finis seculi: messores autē  
angeli sūt. Hic ut ergo colligūtur zī-  
zama et igm̄ oburūtur: sic erit in oſū-  
macōe seculi. Vitter filius homis an-  
gelos suos: et colligēt de regno eius  
om̄ia scādala. Nūquid de regno illo:  
vbi nulla sūt scandalas. De isto ergo  
regno eius qđ est hic et ecclia colli-  
gentur. Itē dicit. Qui soluerit vñū de-

mandatis istis minimis. et docuerit sic  
hoies. m̄imus vocabit̄ in regno celo-  
rum. Qui autē fecerit et sic docuerit:  
maḡnus vocabit̄ in regno celoz.  
Strumq; dicit i regno celoz. et qui  
nō facit mandata q̄ docet. hoc est enī  
soluere. nō seruare. nō facere: et illū q̄  
faç̄ et sic docet. h̄istū m̄imū. illū ma-  
gnū. Et otinuo secutus adūgit. Vico  
enī vobis q̄ m̄si abūdauerit iusticia  
vestra sup̄ scribarz. et phariseoz. id ē  
sup̄ eos q̄ soluūt qđ docet: de scribis  
enī et phariseis dīc alio loco qm̄ dīcūt  
et nō faciūt. Nisi ergo abūdaueit sup̄  
bos iusticia vñā. id ē ut vos nō solua-  
tis s̄ faciat̄ potius qđ docet: nō m̄-  
trabit̄ inquit i regnū celoz. Alio  
mō iigit̄ intelligendū est regnūces-  
loz. vbi ambo sūt. et ille sc; qui soluit  
qđ docet. et ille q̄ facit. sed ille m̄imus  
iste magnus: alio mō aut̄ regnū ces-  
loz dicit̄. quo nō m̄trat. m̄si ille qui  
facit. Ac p̄ hoc vbi vñiq; genus est.  
ecclēsia est: qualis nūc est. Vbi aut̄ il-  
lud solū eit ecclēsia est: qualis tūc eit  
qm̄ malus i ea nō erit. Ergo tūc ec-  
clēsia regnū xp̄i est regnū celoz. Re-  
gnāt itaq; cū illo etiā nūc sancti eius.  
aliter quidē q̄ tunc regnabūt: nec tñ  
cū illo regnāt i zama. quāvis i ecclē-  
sia cū tritico crescāt. Regnāt enī cū il-  
lo qui faciūt qđ ap̄ls ait: si resurrexi-  
stis cū xp̄o que sursum sūt sapite vbi  
xp̄us est in dextera dei sedēs: que sur-  
sum sūt q̄rite: nō q̄ supra terra. De q̄-  
libus itē dicit. qđ eoꝝ cōuersacō sit in  
celis. Postremo regnāt cū illo qui eo  
mō sūt i regno eius: ut sūt etiā ip̄i re-  
gnū eius. Quomō aut̄ sūt regnū xp̄i.  
qui ut alia taceā. q̄uis ibi sūt donec  
colligātur in fine seculi de regno eius  
om̄ia scādala: tñ illuc sua querūt nō  
que ihu xp̄i. De hoc regno ergo mi-  
litie i quo adhuc cū hoste oſligit. et  
aliqñ repugnat̄ repugnatib; vñis

aliqui cedētibus imperatur donec ve-  
mat ad illud pacatissimū regnū ubi  
sme hoste regnabitur. et de hac pma  
resurrectōne que nūc est: liber iste sic  
lo quitur. Cū enī dixiſſ alligari diabo-  
lū mille annis a poſtea ſolu breuitē-  
pore. mox recapitulādo qd̄ in iſtis mil-  
le amīs agat ecclēſia vel agatur ī ea:  
et vidi inquit ſedes ⁊ ſedētes ſup̄ eās  
et iudicū datū eſt: nō hoc putandū ē  
de vltimo iudicō dīci. h̄ ſedes ipoſito-  
rū. et ipiſ ipoſiti intelligēdi ſūt: p quos  
ecclēſia nūc gubernat. Judicū autē  
datū: nullū melius accipendū vide-  
tur. q̄ id qd̄ dictū eſt: que ligaueritis  
in terra ligata erūt et in celo: et q̄ ſol-  
ueritis in terra: ſoluta erunt ⁊ in celo.  
**S**ynde aplius. Quid enī michi eſt in-  
quid de hijs q̄ foris ſūt iudicare: Nō-  
ne de hijs qui intus ſūt vos iudicatiſſ?  
Et anime inquit occasor̄. ppter teſti-  
moniū ihesu. et ppter verbū dei: ſubau-  
ditur qd̄ poſtea diſturus ē. regnaue-  
rūt cū ihu mille amīs. anime ſc; marti-  
rū nō dū ſibi corporib; ſuis redditis.  
neqz enī pioz anime mortuorū ſeparā-  
tur ab ecclēſia: que etiā nūc ē regnū  
xpi. Alioquin nec ad altare dei fieret  
eoꝝ memoria in cōmunicacōe corporis  
xpi. nec aliquid pdeſſ ad eius i pter-  
culis baptiſmū currere. ne ſme illo fi-  
niatur hęc vita. nec ad recōciliacōe ſi-  
forte p penitētā malāue oſciētā quis-  
qz ab eodē corpe ſepatus eſt. Cur enī  
fūt iſta: mihi quia fideles etiā defuncti  
membra ſūt eius? Quāuis ergo cūm  
ſuis corporib; nondū ſūt: iā tñ eoꝝ ami-  
me regnat cū illo. dū iſti mille amī de-  
currūt. Sūn in hoc eodē libro et alibi  
legitur. Beati mortui q̄ in dño mori-  
tur: amodo iā dicit ſpūs ⁊ requiescat a  
laborib; ſuis: nā opa illoꝝ ſecūt il-  
los. Regnat itaqz cū xpo nūc pmi ec-  
clēſia in viuīs ⁊ mortuīs. Propterea  
enī ſicut dicit aplius. mortuus ē xpus:

ut a viuorū et mortuorū domīmet. h̄;  
ideo tantumō martirū amīas cōmes  
morauit: q̄ ipi p̄cipue regnāt mortui  
qui uſqz ad mortē p veritate certarūt.  
h̄; a parte totū etiā ceteros mortuos.  
intelligimus p̄tinētes ad ecclēſia qd̄  
eſt regnū xpi. Quod vero ſequitur. et  
ſi qui nō adorauerūt bestiā nec imagi-  
nē eius. neqz acceperunt in ſcripcōe in  
fron̄te. aut in manu ſua: ſimul de viuīs  
et mortuīs debemus accipere. Que ſit  
porro iſta bestia. quāuis ſit diligētū  
requiendū: nō tñ abhorret a fide re-  
cta ut ipa impia ciuitas intelligat et  
p̄plus infidelū otrariuſ p̄plo fidei et  
ciuitati dei. Imagō vero eius ſimulacō  
eius michi videtur in eis videlic; h̄o-  
mīb;: q̄ velut fidē pſitent. et mſidez  
liter viuūt. Fimgūt enī ſe eſſe qd̄ non  
ſūt: vocāturqz nō veraci effigie. h̄ falla-  
ci in amīgē xpiam. Ad eandē namqz  
bestiā p̄tinēt nō ſolū apte inimici no-  
mīnis xpi. et eius gloriohīſſime ciuita-  
tis: ſed etiā p̄nāma que de regno eius  
qd̄ eſt ecclēſia in fine ſeculi colligēda  
ſūt. Et qui ſūt q̄ nō adorāt bestiā nec  
imamē eius: mihi qui faciūt quod ait  
aplius. ne ſitis iugū ducentes cū mſidez  
libeꝝ. Nō adorāt enī. id ē nō oſentūt.  
nō ſbiciūt. neqz accipūt in ſc̄pōne  
notā ſc; criminis i fronte ppter pfeſſi-  
onē. in manu ppter opacōe. Ab hijs  
ergo malis alieni ſiue adhuc in iſta  
mōli carne viuētes. ſiue defuncti re-  
gnāt cū xpo iam nūc mō quod dāmō  
hūc tēpori ſgruo p totū hoc interual  
ſu qd̄ numero mille ſiḡificat annor̄.  
Reliqui eoꝝ inqt nō vixerūt. hora enī  
nūc eſt cū mortui audiēt vocē filii dei.  
et qui audierit viuīt. Reliqui vero eo-  
rum non viuēnt. Quod vero ſubdi-  
dit donec ſimantur mille amī: intelligē-  
dū eſt q̄ eo tempore nō vixerūt  
quo viuē debuerūt ad vitā ſc; de mor-  
te tranſeudo. Et ideo cū dies venerit

quo fiat et corporū resurrectio: nō ad  
vitā de monumēnis pcedet. h̄ ad uidi-  
ciū: ad dānacōnē sc̄; q̄ sc̄da mors di-  
citur. Donec simūlatur enī mille anni q̄  
cūq̄ nō vixerit id est isto toto tēporē  
quo agitur p̄ma resurrectō no audi-  
erit vocē filij dei. et ad vitam de morte  
nō trāsierit: pfecto i sc̄da resurrectō-  
ne q̄ carnis est. in mortē sc̄dām cū ip̄a  
carne transibit. Dequitur enī et dicit.  
**H**ec resurrectō p̄ma ē. Beatus et san-  
ctus qui habz i hac p̄ma resurrectōe  
partez: id est particeps eius est. Tpē  
autē est particeps eius qui nō solum  
a morte q̄ in peccatis ē reuiuisat. verū  
etīā i eo q̄ reuixit pmanebit. In istis  
inquit sc̄da mors nō habz potestatē.  
**H**abet autī reliquis de quibz supius  
ait. reliqui eoz nō vixerūt donec simū-  
in domo eius: qđ vbiq; iā facit ecclē- sia: et p̄misit ab ip̄is se accepturū fibi sacerdotes. et leuitas: qđ nichil omnīm fieri nūc videmus. **N**ō enī ex genere carnis. et sanguinis sic erat p̄mū scdm ordīmē aaron. h̄ sicut oportebat in te- stamēto nouo: vbi scdm ordīmē mel- chisedech sumus sacerdos est xp̄us: p cuiusq; merito qđ in eū gratia diu- na cōtulerit: sacerdotes et leuitas eli- ginūc videmus: qui nō isto noīe qđ lepe affecūtur indigē: h̄ ea q̄ non est bonis malisq; omumis sanctitate pen- sandi sunt. **D**ec cū de ista q̄ nūc imp- titur ecclēsie p̄spicua nobisq; notissi- ma dei misericordie dixiſſ: p̄misit q̄ fines ad quos per vltimū iudiciū facta bo- norū malorūq; discrecōne vēmet̄ di- cens p̄ p̄phetā: vel de dño dicens ip̄e p̄phetā. **Q**uō enī celū nouūq; terranō- ua manebit corā me dic̄ dñs: sic stabit semen vrm. et nomē vrm: et erit mēlis ex mēle. et sabbatū ex sabbato: et ve- met̄ om̄is caro i ſpectu meo adora- re in iherusalē dicit dñs: et egrediē- tur a videbūt membra homī qui pua- ricati sūt in me. **S**ermis eorū nō mo- rietur: et ignis eorū nō extinguet: et erūt viſui om̄i carni. Ad hoc iſte p̄pha termiavit librū: ad qđ terminabitur̄ ſeculū. **Q**uidā ſane nō interptati ſunt membra homī: ſed cadauera viroꝝ: p̄ cadauera ſignificātes euidentē corpo- rū penā: q̄uis cadaueri mihi caro exami- nis nō ſoleat nūcupari: illa vero aia- ta erūt corpora: alioquī nulla potuerūt ſentire tormenta: mihi forte q̄ mortuo- rū erūt corpora: id est eorū qui in ſecdam mortē cadēt: ideo nō absurdē etiā ca- dauera dici poſſunt. **V**nde eſt et illud qđ ab eo dē p̄pheta dictū iā ſupra po- ſui **T**erra vēo impiorū cadet. **Q**uis aut̄ nō videat a cadendo eſſe appellata cadauerae. **V**irorū aut̄ p eo poſuiffe illos interptes qđ homī eſt manifestū

est. Neq; enī quisq; dicturus est pua-  
ricatrices semias in illo suppicio non  
futuras: sed ex potiore plerum de quo  
semia facta est vterq; sexus accipi-  
tur. Verū qd ad rem maxime pertinet.  
cū et in bonis dicitur veniet omnis caro.  
q; ex omni genere homin pplus ille co-  
stabit: nō enī omnes homines ibi erūt qn  
in pennis plures erūt. s; ut dicere cepe-  
rā cū et in bonis caro. et in malis mem-  
brar; cadauera noiantur: profecto  
post resurrectōne carnis cuius fides  
hīs rerūocabulis omnino firmatur.  
illud q; boni et mali suis simbo dirimē-  
tur: futurū esse iudiciū declaratur.

**E**d quomō egre. **T** Ca.xxii.  
diētur boni ad videndas penas  
malorū. Nūquid corporis motu beatas  
illas relicturi sunt sedes. et ad loca  
penalia pecturi: ut malorū tormenta  
conspectiā p̄sentia corporalē. Absit: sed  
egrediētur p sc̄tiā. Hoc enim verbo  
figūcatū ē eos q̄ cruciabūt extra fu-  
turos. Propter qd q dñs ea loca tene-  
bras exteriores vocat: quib; contrari-  
us est ille ingressus de quo dicitur s-  
uo bono. intra in gaudiū dñi tui: ne il-  
luc mali putetur ingredi ut sciātur: s;  
ad illas potius velut egredi p sc̄tiā.  
qua eos cognituri sunt boni: q; id qd  
extra est. cognituri sūt. Qui enī erūt  
in pennis. quid agatur intus in gaudio  
dñi nesciēt: qui vero erūt in illo gau-  
dio. quid agatur foris in illis tenebris  
exteriorib; scient. Ideo dictū ē egre-  
diētur: q; eos etiā q foris ab eis erūt  
vtiq; non latebūt. Si enī tec p̄phete  
nōdū facta nosse potuerūt per hoc q̄  
erat deus quātulūcūq; in eoz morta-  
lū mētib;: quō immortales sancti īa-  
facta tūc nesciēt. cū deus erit omnia in  
omib;: statuit ergo in illa beatitudi-  
ne sanctorū semen in nomē: semen sc̄z  
de quo iohānes ait. et semen eius in  
ipso manet: nomē vero. de quo p hunc

īsaiā dictū est: nomē eternū dabo eis.  
Et erit eis mensis ex mense. et sabba-  
tū ex sabbato: tanq; luna ex luna: et  
requies ex reque. Quoru vtrūq; ipsi  
erūt. cū ex hīs vmbbris veterib; et tē-  
poralib; in illa li:mia noua ac sempī-  
terna transibūt. In pēmis aut malorū  
et inextinguibilis ignis. et vivacissi-  
mus vermis: ab alijs atq; alijs aliter  
atq; aliter est expositus. Alij quippe  
vtrūq; ad corpus: alij vtrūq; ad ani-  
mū renuleāt: alijs prie ad corpus ignē  
tropice ad animū verme: qd esse cre-  
dibilis videtur. D; nūc de hac diffe-  
rentia nō ē hūis tempis disputare.  
De iudicō nāq; vltimo quo fieri dire-  
ptio bonorū et malorū: hoc volumen  
implē suscepimus. De ipis vero pre-  
missis et pennis: alias diligenterius dis-  
rendū est. **T** Ca.xxiii.

**D**aniel de hoc vltimo iudicō sic  
app̄textat ut antixpm q̄ p̄us ven-  
tūrum esse p̄nūcier: atq; ad eternū re-  
gnū sanctorū pducat narracōe; suā.  
Cū enīvisione p̄phetica. q̄tuor bestias  
figūficiātes q̄tuor regna vidiss. ipm:  
q̄ quartū a quodā rege supatū q̄ an-  
tixpus agnoscitur: et post hec eter nū  
regnū filij hīs qui intelligitur xp̄us:  
horruit inqt sp̄us meus. Ego daniel  
in ebitudine mea et visus capitū mei  
conturbabāt me. Et accessi inquit ad  
vnū de hīs oīib;: et dixit michi vītate.  
Deinde quid audierit ab illo a quo de  
omib; hīs quesuit. tanq; eo sibi ex-  
ponēte sic loquit. Hoc quatuor bestie  
magne quatuor regna surgēt in ter-  
ra q̄ auferētur: et accipiēt regnū san-  
cti altissimi: et obtinebūt illud usq; in  
seculū. et usq; in seculū seculorū. Et q̄  
rebā inquit diligēter de bestia quar-  
ta que erat differēs pre omib;. bestia  
terribilis amplius. dentes eius fer-  
reī vngues eius erei. manducans et

cōmūēs et reliqua pedib⁹ suis oculans. et de cornib⁹ eius decē que erāt in capite eius. et de altero quod ascēdit et excusit de priorib⁹ tria cornua: et de cornu illo in quo erant oculi et os loquens magna. et visus eius maior ceteris. Videbā. et cornu illud faciebat belluz cū sanctis. et p̄ualebat ad ipsos: donec venit venustus dierū. et regnū dedit sanctis altissimi: et tēpus p̄uenit. et regnum obtinuerūt sancti. **D**ec daniel quesisse se dixit. Deinde quid audierit continuo subiugēs. et dixit inquit id est ille a quo quesierat respondit et dixit. Bestia quarta q̄rum regnū erit in terra qđ preualebit omnib⁹ regnis: et manducabit omnē terrā: et oculabit eā et concidet. Et decē cornua eius. decē reges surgēt: et post eos surget aliis q̄ supabit suis malis om̄es q̄ ante eū fuerūt: et tres reges humiliabit. et verba aduersus altissimū loquetur: et sanctos altissimi tereret. Et suspicabitur mutare tēpora et legē: et dabitur i manu eius usq; ad tēpus et tēpora: et dīmidū tēporis. Et iudiciū sedebit. et p̄cipiatū removēbit ad extermīnādū et p̄dendū usq; in finem: et regnū et potestas. et magnitudo regū qui sub om̄i celo sunt: data est sanctis altissimi. Et regnum eius regnū sempiternū: et om̄es p̄cipatus ip̄i seruēt et obaudīct. Huc usq; inquit finis f̄momis. Ego daniel multū cogitationes mee cōturbabant me: et forma mea immutata ē sup me: et verbū in corde meo seruauit. Quia tuor illa regna exposuēt quidā: assūtorū. psarū. macedonū et romanorū. Quā vero cōuēcēter id fecerint: qui nosse desiderāt legāt presbiteri ih̄romini librū in danielē satis eruditē diligēter q̄ scriptū. Antīxp̄i tamen adūsus ecclesiā seūissimū regnū licet exiguo spacio tēporis sustinendū do-

nec dei vltimo iudicō regnū sancti ac cipiāt sempiternū: qui vel dormitans hoc legit dubitare nō smit. Tempus quippe et tēpora et dīmidū tēporis. annū vñ esse. et duos et dīmidū ac per hoc p̄ tres annos et semistem. etiā numero dierū posterius posito dilucessit: aliquādo in sc̄pturis et mensū numero declaratur. Videatur enī tēpora in diffimile hic dicta lingua latina: h̄ p̄ dualē numerū dicta sūt quē latīn nō habet. Sicut aut̄ greci: ita hūc dicuntur habēt hebrei. Sic ergo dicta sūt tēpora: tanq̄ dicerētur duo tempora. Vereri me sane fateor ne in decē regibus quos tanq̄ decē hoīes videb̄ in uēturus antīxp̄us forte fallamur: at ita ille in opīnatus aduemat: non existentib⁹ tot regibus i orbe romano. Quid enī si numero isto denario. vniuersitas regū significata ē. post quos ille venturus est. sicut millenario. cēte nario. septenario significat plerūq; vniuersitas: et alijs atq; alijs numeris quos nūc om̄emorare nō est necessari. Alio loco idem daniel. Et erit inquit tēpus tribulacōnis qualis nō fuit ex quo nata ē gens sup terrā: et usq; ad tempus illud. Et in tēpore illo salubrit̄ p̄plus tuus: om̄is q̄ inuentus fuit scriptus in libro vite. Et multi dormientiū i terre aggere exurgent: h̄ in vitā eternā. et h̄ i opprobrīū et in confusione eternā. Et intelligētes fulgebūt sicut claritas firmamēti: et ex iustis multi sicut stelle in secula. Et adhuc sentētie illi euāgelice ē locus ille similimus de resurrectōne dum taxat mortuorū corporū. Nam qui illic dicti sūt esse in monumētis. ip̄i hic dormientes i terre aggere: vel sicut alij interpretati sūt i terre puluere. Et sicut ibi procedūt dictū est. ita hic exsurgent. Dicuti ibi qui bona fecerūt i resurrectōne vite. qui autem mala egerūt i

resurrectionē iudicij: ita et isto loco.  
bi⁹ in vitā eternā. et bi⁹ in opprobriū  
et in osfusionē eternā. Non aut diuisus  
putetur. quod cū ibi positū sit. omnes  
qui sūt in monumētis: hic aut non ait  
ap̄ha om̄es: sed multi dormiētū in terre  
aggere. Nam enī aliquā scriptura p̄  
om̄ib⁹ multos. Propterea et abrahæ  
dictū est. Patrē multarū gentiū po-  
suīte. Cui tñq; alio loco. in semine inq;  
tuo bñ dicētur om̄es gentes. De tali  
aut resurrectōe. huic qđ ipi xp̄he das-  
meli paulopost dicit. Et tu rem et re-  
quiesce: adhuc enī dies in op̄leconē  
osūma cōmis: et requiesce: et resurges  
in sorte tua in fine diez. ¶ Ca. xxvij.

¶ Volta de iudicō nouissimo dicū  
tur in psalmis: sed eorū plura trā-  
scuter et strictim. Hoc tñ qđ de fine  
huius seculi aptissime dictū ē ibi: ne-  
quaq; silentio p̄teribo. Prīcipio ter-  
rā tu fundasti dñe: et op̄a manū tuā  
rū sūt celi. Iph̄i pibūt tu aut p̄manes: et  
oēs sic vestimētū veterascēt: et sic ope-  
torū mutabis eos q̄ mutabūtū: tu aut  
idē ipē es: et anni tui nō deficit. Quid  
est qđ porphirius cū pietatē laudat  
hebreorū. qđ magnus et verus et iplis  
numimib⁹ terribilis ab eis colit deus  
xp̄ianos ob hoc arguit maxime stul-  
tice: etiā ex oraculis deorū suorū. qđ  
istū mundū dicunt esse periturū: Ecce  
in literis pietatis hebreorū dicit deo.  
quē confitētē tanto philosopho. etiā  
ipa numia phorrescūt: opera manū  
tuārū sūt celi. ipi pibūt. Nū quid qn̄  
celi pibūt: mūdus cuius idē celi sup̄e-  
rior pars est: et tuitorū nō pibite. Si hec  
sententia ioui displicet. cuius ut scribit  
iste ph̄us velut grauoris auctoritā-  
tis oraculo i xp̄ianorū crudelitate cul-  
patur: cur nō similiter sapientiā tanq;  
stulticiā culpat hebreorū. in quorū li-  
bris piissimis inuenitur. Porro si il-  
la sapientia que porphirio tamultum

placeat ut eā deorū qđ suorū vobis p̄-  
dicet. legitur celos esse perituros: cur  
usq; adeo vana est ista fallacia. ut in  
fide xp̄ianorū vel inter ceterā vel pre-  
ceteris hoc detestētur. qđ in ea peritue-  
rus credit mūdus. quoniamq; nisi p̄cū-  
te. celi nō possint pires. Et i literis quis-  
de sacris quē xp̄rie nře sūt. nō hebreis  
nobisq; omunes. id est in euāgelicis  
et apostolicis libris legit: preterit si-  
gura huius mūdi. Legit. mūdus trā-  
hit: legitur. celū et terra trāsibūt. Sed  
puto qđ p̄terit transit. transibūt. aliquā  
mihi dicta sūt qđ pibūt. In ep̄la qđ  
apostoli petri. vbi aqua mūdatus q̄  
tunc erat pisse dictus ē mūdus. satis  
clarū est: et qđ pars mūdi a toto signis  
ficata. et quatenus pisse dicta hit. et qđ  
celi repositiū igni reseruāti in dīc iudicō  
enī ap̄dicōnis homīm īmpiorū. Et in eo  
qđ paulo post ait. veniet dies dñi ut  
fur. in quo celi magno ī petu trāscur-  
rent. elemēta autē ardētia resoluētur.  
et terra qđ ī ipa sunt opera exurētur.  
ac deinde subiecit. hijs om̄ib⁹ pēnitū-  
bus quales oportet vos esse. possunt  
illi celi intelligi p̄ituri quos dixit re-  
positos igni reseruādos: et elemēta  
acciōi artura que ī hac īma mundi  
parte subsistūt p̄cellosa et turbulēta.  
In qua eosde celos dixit esse reposi-  
tos: saluis illis superiorib⁹ et i sua intē-  
gritatē manētib⁹: ī quoē firmamē-  
tō sūt sidera cōstituta. Nā et illud qđ  
sc̄ptū est. stellas de celo esse casuras.  
pter qđ potest multo p̄babilius et ali-  
ter intelligi. magis ostēdit mansus-  
ros esse illos celos. si tñ stelle ī de-  
casure sūt: cū vel tropica sit locūcō. qđ  
est credibilius vel in isto īmo celo fu-  
turum sit vñq; mirabilius qđ nūc sit.  
Vnde illa stella virgiliana facem  
ducēs. multa cū luce cucurrit: et i idea  
se condidit filia. Hoc autē qđ de psal-  
mo om̄emorauī. nullū celorū videtur

relinquete: qđ piturū esse non dixerit.  
**S**obi em̄ dicit: opa manū tuār̄ sūt celi. ip̄i pibunt: q̄ nullū eoꝝ ab ope dei. tam nullū eoꝝ a pdicōne secermitur. **N**ō em̄ dignabūtur de petri apli locucōe quē v̄hemēter oderūt. hebre or̄ defendē pietatē. deoꝝ suor̄ oraculis approbatā: ut saltē ne totus mūdus piturus esse credatur. sic a toto pars accipiat̄ in eo qđ dictuꝝ est. ip̄i pibut. cum soli celi infimi pituri s̄nt: quē admodū in apostolica illa ep̄la a toto pars accipit̄ qđ diluicio pisse di-  
ctus mūdus: q̄uis sola eius cū suis ce-  
lis pars īma pierit. **D**icit hoc ut dixi  
nō dignabūtur. ne vel apli petri appro-  
bent sensū: vel tantū cedat oflagra-  
cōi nouissime. quantū dicimus valuiſ  
se diluiciū: q̄ nullis aquis. nullis flam-  
mis. totū genus hūanū pire posse co-  
tendūt: restat ut dicāt. q̄ ppter ea dīj  
eoꝝ hebreā sapientiā laudauerūt: q̄  
istū psalmū non legerāt. **I**n psalmo  
etiaꝝ q̄ dragesimonono. de iudicio dei  
nouissimo intelligit̄ dictū: deus ma-  
nfeste remet. deus noster: t̄ nō filebit:  
ignis in ſpectu eius ardebit: et in cir-  
citu eius tempeſtas valida: aduoca-  
uit celū ſursū: et terrā discernere ppter  
ſuū: congregare illic iustos eius: qui  
diſponūt teſtamentū eius ſup ſacrificia.  
**H**oc nos de dño ihu xp̄o intelligim⁹: quē de celo ſperamus eſſe even-  
turū. ad viuos. t̄ mortuos iudicādos.  
**M**amfestus enī remet inter iustos et  
in iustos iudicaturus iuste: qui prius  
remt occultus. ab iustis iudicādus  
iuste: ip̄e inquam manifestus remet  
et nō filebit: id est in voce iudicis cui  
dens apparebit: qui prius cū remiſſet  
occultus ante iudicē ſiluit: quādo ſic  
omis adimolandū ductus est: et ſic  
agnus corā tondēte ſe fuit ſine voce:  
quē admodū de illo p̄ ifāiam legimus  
ap̄hetatū: et in euāgeliō videmus im-

pletū. **D**e igne vero i tempeſtate cū in-  
yſaię ppterita tale aliqd tractarem⁹  
quō eſſent hec intelligēda iā diximus.  
**D**ero dictū est. aduocauit celum  
ſursū. qm̄ sancti a iusti recte celū ap-  
pellatur. minirū hoc eſt qđ ait aplus:  
ſimul cū illis rapiem⁹ in nubib⁹ i ob-  
iuā xp̄o i aera. **N**am ſedm litere ſup-  
ficiē. quō aduocatur celū ſursū: quali  
poſſit eſſe mihi ſursū: **O**d aut adiunctū  
eſt. et terrā discernere ppter ſuū: ſi tā-  
tum ſubaudiatur aduocabit. id eſt  
aduocabit. et terrā nec ſbaudiatur ſur-  
ſū. hūc videtur habē ſenſū ſedm re-  
ctā fidē: ut celū intelligatur in eis q̄  
cū illo iudicaturi ſūt: et terra in eis qui  
iudicādi ſūt: ut aduocauit celū ſursū  
nō hic intelligamus rapiet in aera: ſi  
in iudicariā eriget ſedes. **P**otest et  
illud intelligi. aduocauit celū ſursū:  
aduocauit angelos in ſupmis et exel-  
ſis locis. cū quib⁹ deſcendat ad faci-  
endū iudicū: aduocauit et terrā: id ē  
boies i terra vtiq̄ iudicādos. **S**i autē  
vtrūq; ſubaudiēdū eſt cū dicitur et  
terrā id eſt et aduocauit et ſursū: ut iſte  
ſenſus. aduocauit celū ſursū: et ter-  
rā aduocauit ſursū: mihi melius intel-  
ligi existimo q̄ om̄es qui rapiēt in  
obiuā xp̄o in aera: ſi celū dictū ppter  
animas. terrā ppter corpora. **D**iscrimi-  
natio ppter ſuū quid eſt. mihi p iudicū  
ſepare bonos a malis: tāq̄ oues ab  
hectis. **D**emde cōuerſio ſermonis ad  
angelos facta eſt. **C**ongregate illi  
iustos eius. **P**rofecto enī p angelicū  
ministerū tanta ſe pagēda eſt. **S**i  
aut querim⁹: quos iustos ei cōgre-  
gaturi ſint angeli: qui diſponūt inq̄t  
teſtamentū eius ſup ſacrificia. **H**ec ē  
omis iutorū vita: diſponere teſta-  
mentū dei ſup ſacrificia. Aut enī opa miſe-  
ricordie ſūt ſup ſacrificia id eſt ſaci-  
ficij ſponēda. iux ſentētā dei dicētis  
miſericordiā magis wolo q̄ ſacrificū

aut si sup sacrificia. m sacrificiis intel-  
ligitur dictū. quō sup terrā fieri dicis.  
tur qđ sit vtiq; m terra; profecto ipsa  
opa misericordie sūt sacrificia quibus  
placetur deo; sic in libro huius operis  
decimo me dissenserisse reminiscor; m q;  
bus operib; disponue iusti testamen-  
tu dei; quia ppter pmissiones q; nouo  
eius testamēto cōtinētur hec faciunt.  
**S**oncōgregatis sibi iustis suis. et ad  
suā dexterā cōstitutis: nouissimo vtiq;  
iudicō dicturus ē xp̄us. **V**enite bñ-  
dicti pris mei: possidete paratū vobis  
regnū a cōstitucōe mudi. **E**surui emi  
et dedistis michi manducare: et cetera  
que ibi proferuntur de honorū operi-  
bus bonis. et eoz pmijs sempitermis  
p vltimā sentētiā iudicātis. **C**a. xxv.

**D**eplēta malachiel suē mala-  
chim qui angelus dictus est.  
qui etiam e;dras sacerdos cuius alia  
m canonē scripta recepta sūt. ab ali-  
quib; creditur. nā de illo hāc esse he-  
breorū opinionē dīc ihrominus. iu-  
dicū nouissimū pphetat dices. **E**cce  
venit dicit dñs omnipotens. Et quis  
fustinebit dīc introitus eius. Aut q;s  
ferre poterit ut aspiciat eū. **Q**uia ipse  
ingreditur q; ignis oflatorij: et qua-  
si herba lauatiū. Et sedebit oflans. et  
emundās sic argentū. et sicut aurū: et  
emundabit filios leui. Et fundet eos  
sic aurū et argentū: et erūt dño offerē  
tes hostias iusticia. Et placebit dño  
sacrificū iude et ihrlm sic i dieb; pri-  
stinis: et sicut annis priorib;. Et acce-  
dam ad vos m iudicio: et ero testis  
velox super maleficos. et super adulte-  
ros: et super eos qui iurant m nomi-  
ne meo mendaciter: et qui fraudant  
mercedē mercenarios: et opprimunt  
p potentia viduas: et pcutiūt pupilos  
et puertūt iudicū aduene: et qui nō tū-  
ment me dicit dñs omnipotēs. **N**on  
ego dñs deus vester: et non mutor. **E**x

hijs que dīcta sūt videtur euidentius  
apparere m illo iudicio quasdā quo-  
rūdā purgatorijs penas futuras. **S**obi-  
enī dicitur. quis sustinebit diē introi-  
tus eius. aut quis ferre poterit ut as-  
piciat eū. q; ipse ingreditur q; ignis  
oflatorij. et quasi herba lauatiū. ei se-  
debit oflans et emundās sicut argen-  
tū et sicut aurū. et emundabit filios le-  
ui. et fundet eos sicut aurū et argentū:  
quid aliud intelligendū ē. **D**icit tale  
aliquid isaías. Lauabit dñs sordes  
filiorū et filiarū syon: et sanguinē emu-  
dabit de medio eoz spiritu iudicij.  
et spū cōbustionis. **R**isi forte sic eos  
dicendū est emundari a sordib;. et eli-  
quari quodāmō cū ab eis mali p pe-  
nale iudicū separantur: ut illoz segre-  
gacō at q; dānacō purgacō sit isto-  
rū: quia smetalū de cetero p mixtione  
victuri sūt. **S**ecundū dicit. et emundabit  
filios leui. et fundet eos sicut aurū et  
argentū. et erūt dño offerēts hosti-  
as m iusticia. et placebit dño sacri-  
ficū iude et ihrlm: vtiq; oñdit eos ipos  
qui emundabūt. deinceps m sacrifici-  
ens iusticie dño esse placituros: ac p  
hoc ipi a sua iusticia mūdabūt. m q;  
dño displicebat. **H**ostie porro m ple-  
na pfectaq; iusticia cum mundati fu-  
erint ipi erūt. **Q**uid enī acceptius deo  
tales offerūt q; scipos? **V**erum ista  
questio de purgatorijs penis ut dili-  
gentius ptractetur: m tempus aliud  
differenda est. **F**ilios autē leui et iudā  
et ihrlusalē ipaz dei ecclaz debemus ac-  
cipere nō ex hebreis tm. h ex alijs etiā  
gentib; congregatā: nec talē qualis  
nūc est. vbi si dixerimus q; pccm nō  
habemus. nosipos seducimus. et veri-  
tas in nobis nō est: h qualis tunc erit  
velut area p ventilaconē. ita p iudicū  
purgata nouissimū: eis q; igne mū-  
datis quibus talis mūdaco necessaria  
est: ita ut nullus omnino sit q; offerat

vii vñ

sacrificiū pro peccatis suis. Omnes enī  
qui sic offerūt profecto ī peccatis sūt:  
pro quibz dimitte dis offerūt: ut cum  
obtulerint acceptūq; deo fuerit: tunc  
dimittātur. Ca.xxvi.

**D**olens aut̄ deus ostendē ciui-  
tate suā tūc ī ista cōsuetudine  
nō futura: dixit filios leui oblaturos  
hostias ī iusticia. Nō ergo m̄ peccato  
ac p̄ hoc ē nō p̄ peccato. Vnde intelligi  
potest ī eo qđ secutus adiunxit atq;  
ait. et placebit dño sacrificiūz iude et  
ihrlm sicut diebus pristinis. et sicut  
annis p̄oribz fruſtra ſibi iudeos ſedm  
legē veteris testamēti sacrificiōz ſuo-  
rū p̄terita tēpora polliceri: nō enī tunc  
ī iusticia ſed ī peccatis hostias offe-  
rebāt: quādo pro peccatis p̄cipue ac  
primitis offerebat uſq; adeo ut ſa-  
cerdos ip̄e quē debemus vtq; crede-  
re ceteris huſſe iustiorē ſcdm dei man-  
datū: ſoleret p̄mū p̄ ſuis offerre pec-  
catis. deinde p̄ p̄pli. Quapropter ex-  
ponere nos oportet quō fit accipien-  
dū quod dictū est: ſicut diebꝝ pristi-  
nis. et ſicut annis prioribz. Fortassis  
enī tēpus illud om̄emorat: quo p̄mi  
hoies ī paradise fuerūt. Tūc enī puri-  
atq; integrī ab om̄i ſorde ac labē pec-  
cati. ſeip̄os deo mundissimas hostias  
offerebat: ceterū exquo cōmifſe p̄ua-  
ricacōms cauſa īde dimiſſi ſunt. atq;  
hūana ī eis natura dānata eſt. exce-  
pto uno mediatore. et poſt lauacrum  
regeneracōis quibusq; adhuc par-  
uulis. nemo mūdus a ſorde: ſicut ſcp-  
tū ē: nec infans cuius ē vnius diei vi-  
ta ſup̄ terrā. Qd̄ si respondetur. etiam  
eos merito dici poſſe offerre hostias  
ī iusticia. qui offerūt ī fide. Justus  
enī ex fide viuit. quāuis ſeip̄m ſedu-  
cat. si dixerit ſe peccati non habere. et  
ideo nō dicat. qđ ex fide viuit: nūquid  
dicturus eſt qui ſpiā hoc fidei tēpus  
illi ſimi eſte coequādū. qñigmā iudicij

nouissimi mūdabūt. qđ offerent ho-  
ſtias ī iusticia. Ac p̄ hoc qm̄ poſt ta-  
lem mūdacionē nullum peccati iustos  
habituros eſſe credendū eſt: pfecto  
illud tēpus quantū attinet ad nō ha-  
bere peccati. nulli tēpori cōpandū eſt  
misi qñ p̄mi hoies ī paradise ante p̄-  
uaricacōz īnocētissima felicitate vix-  
erūt. Recte itaq; intelligit̄ hoc ſig-  
nificatū eſſe: cū dictū eſt. ſic diebꝝ pristi-  
nis. et ſicut annis p̄oribz. Nam p̄ysa-  
iam poſtea qđ celū nouū et terra noua  
p̄miſſā ē. inter cetera q̄ ibi de sancto-  
rū bñitudine p̄ allegorias et emigra-  
ta exequit̄ quibꝝ expofitōnē ogrua-  
reddē nos p̄hibuit vitā de longitu-  
dimis cura: lēdōm dies īquit liḡ m̄ vi-  
te erūt dies p̄pli m̄ei. Quis aut̄ ſacras  
literas attigit̄ ignorat vbi deuſ plā-  
tauerit lignū vite. a cuius cibo ſepa-  
tis illis homibꝝ qñ eos ſua de paradise  
eiecit īm̄q; tae: eidē ligno circūpoſi-  
ta ē ignea terribilisq; cuſtodia. Qd̄ ſi  
quisq; illos dies liḡ m̄ vite quos cō-  
memorauit p̄p̄lta ifaias iſtos q̄ nūc  
agūt̄ ecclie xp̄i dies eſſe ſtencit  
ip̄mq; xp̄m lignū vite p̄phetice dictū.  
quia ip̄e ē ſapiētia dei de qua ſalomō  
aīt. lignū vite ē om̄ibꝝ amplectētibꝝ.  
eā. nec ānos egiffe aliquos ī paradise  
illoſ p̄mos hoies vñtā cito eieci-  
ſūt. ut nullū ibi giḡnerēt filii: et ideo  
nō poſſe illud tēpus intelligi ī eo qđ  
dictū eſt. ſicut diebꝝ pristinis. et ſicut  
annis p̄oribz: iſtā p̄terea questionē.  
ne cogat qđ p̄plixū ē cūcta diſcutere.  
ut aliquid horū veritas maniſta cō-  
firmet: video quippe alterū ſenſu. ne  
dies pristinos et annos p̄ores. carna-  
liū ſacrificiōz nobis p̄ magnō mune-  
re p̄p̄ham p̄miſſos huſſe credamus:  
hostie nāq; ille veteris legis ī quibusq;  
pecoribꝝ īmaculate. ac ſime ullo  
prſus vicio videbātur offerri: et ſig-  
nificabāt hoies ſanctos qualis ſolus

ímuentus est xp̄us sine ullo om̄imo pec-  
cato: proinde q̄ post iudicium cū fuerit  
etia igne mūdati. qui eiusmodi mun-  
dacione sūt digm. in omnibꝫ sanctis  
nullū ímuemetur om̄imo peccati: atq̄  
ita seip̄is offerent in iusticia. ut tales  
hostie om̄imo inmaculate. ac sine vello  
vicio sint future: erūt pfecto sic pristi-  
nis diebꝫ. et sicut am̄is p̄oribꝫ. quādo  
in vmbra huius rei future mūdissime  
offerebātur hostie hec erit nāq̄ mun-  
dicia tunc in mortali carne ac mente  
sanctorū: q̄ figurabatur in illarꝫ cor-  
poribꝫ hostiarū. Deinde ppter eos q̄  
nō mūdacōne. si dānacōne sūt digni:  
et accedā inquit ad vos in iudicium. et  
ero testis velox sup maleficos. et sup  
adulteros. et cetera: quibꝫ dānabilibꝫ  
enumeratis crīmibꝫ addidit: quo-  
mā ego dñs deus vester et nō mutor.  
Tāq̄ diceret. Cum vos mutauerit  
et in deterius culpavestra. et in melius  
gratia mea: ego nō mutor. Tēstē ve-  
ro se dicit futurū: quia in iudicō suo nō  
indiget testibꝫ: euq̄ velocē. siue quia  
repente venturus est: eritq̄ iudicium  
ipo īopimato eius aduentu celeri-  
mū: qd tardissimū putabatur: siue q̄  
spas conuinceat sine vlla fīmonis plixi-  
tate cōscientias. In cogitacōmibꝫ eius  
sicut scriptū ē: īipi interrogacō erit.  
Et apostolus. Cogitacōmibꝫ inquit  
accusantibꝫ. vel etiam excusantibꝫ  
in die qua iudicabit deus occulta ho-  
mīmū: scđm euāgeliū meū p̄ ihm xp̄m.  
Etia sic ergo dñs futurus testis intel-  
ligēdus est velox: cū sine mora reuo-  
caturus est in memorīa: vñ conuincat  
pumiatq̄ conscientiā. Ca. xx vii.  
Illiud etia quod aliud agēs in octauo  
decimo libro ex isto ppheta posui: ad  
iudicium nouissimū p̄tinet. vbi ait. Erūt  
michi dicit dñs om̄ipotēs in die qua  
ego facio in acquisicōne: et eligā eos  
sicut elegit homo filū suū q̄ seruit ei:

et cōuertat et videbitis quid sit īter  
iustū et īpīū: et īter seruientē deo et  
eū qui non seruit ei: q̄ ecce dies v̄mt  
ardēs sicut clibanus. et oburet eos:  
et erūt om̄es alienigenē. et v̄mūsi qui  
faciūt īiquitatē stipula: et succēderet  
eos dies v̄mēs dicit dñs om̄ipotens:  
et nō relinquetur in eis radix neq; ra-  
mus. Et orietur vobis q̄ timetis nomē  
meum sol iusticie. et sanctas in penas  
eūs: et egrediemini a salicis sicut vi-  
tuli de vīnculis relaxati: et oculabitis  
īiquos: et erūt eis sub p̄dibꝫ v̄ris:  
dicit dñs om̄ipotēs. Nec distantia p̄-  
miorū atq̄ penarꝫ iustos dirimēs ab  
īiustis. que sub isto sole ī huius vi-  
te vanitate nō certis: qn̄ sub illo so-  
le iusticie in illius vite manifestacōne  
clarebit. Tunc pfecto erit iudicium:  
quale nūquā fuit. Ca. xx viii.

**Q**uod vero s̄būgit idē p̄p̄eta  
memēto te legis moyshī sui mei  
quā mādāui ei ī oreb ad omnē israhel  
precepta et iudicia. op̄: tunc cōme-  
morat. post declaratū futurū tam ma-  
gnū īter obseruatores legis otem-  
ptor esq̄ discriminē: simul etiā ut discat  
legē spiritualiter intelligē: et īmuem-  
ant ī ea xp̄m. p̄ quē iudicē facienda  
est īter bonos et malos ip̄a disceco.  
Non enī frustra idē dñs ait iudicis.  
Si crederetis moyshī: credētis et mi-  
chi. De me enī ille sc̄p̄hit. Carnaliter  
quippe accipiēdo legē. et eius p̄missa  
terrena rerū celestū figurās esse nef-  
ciētes. ī illa murmura corruerunt: ut  
dicere auderēt. Vanus est qui seruit  
deo. Et quid amplius. q̄ custo duim⁹  
mandata eius: et quia ambulauimus  
suplices an faciē dñi om̄ipotētis. Et  
nunc nos beatos dicimus alienos: et  
edificātur om̄s qui faciūt īiquitatē.  
Quibus eorū verbis quodāmō pphā  
cōpulsus est nouissimū p̄nūciare iu-  
diciū: vbi mali nec saltē falso sint bū

**H**aptissime appareat miserrima et boni  
nulla temporali saltē miseria laborer: h  
elara ac sempiterna beatitudine pfru  
ant. Dixerat quippe istorū talia que  
dā verba etiā supius dicentū. Omnis  
qui facit malū bonus ē in ospectu dñi;  
et tales ei placet. Ad hec inquā cōtra  
deū murmura puererūt. legem moysi  
carnaliter accipiēdo; vñ ille i psal  
mo. lxxii. pene omotus dicit fuisse pe  
des suos. et effusos gressus suos vñ  
q̄ in lapsū: q̄ relavit i peccatorib⁹ pa  
ce peccatorū intuēs: ita ut inter cetera  
viceret. Quō sciat deus: et si ē sc̄ētia  
in excelso. Etiā dicet. Nūquid vano  
iustificauit cor meū: et laui in innocentī  
bus manus meas? Ut autē solueret  
hanc difficilimā questionē. q̄ fit cū vi  
dentur boni esse miseri. et felices mali.  
hoc inquit labor est ante me: donec in  
troam sanctuarū dei: et intelligā in  
nowissimo. Judicō quippe nowissimo  
non sic erit: sed apta iniquorū mis  
eria. et aperta felicitate iustorum: lon  
ge q̄ nunc est aliud apparebit.

**C**on autē ad. Ca. xxix.  
**Q**moniūss. ut meminissent legis  
moysi. qm̄ preuidebat eos multo ad  
huc tēpore nō eā sp̄ualiter sicut oport  
uerat accepturos: continuo subiecit.  
Ecce ego mittā vobis heliam thesbite  
anteq̄ veniat dies dñi magnus illu  
stris: qui cōuertet cor patris ad filiū  
et cor hois ad pximū suū: ne forte ve  
mens peccatiā terrā pemitus. Per hunc  
heliam magnū mirabileq̄ p̄phetā expo  
sita sibi lege. vltimo tēpore ante iudi  
ciū iudeos in xp̄m vñ id est in xp̄m  
nřm esse credituros: celeberrimū ē in  
sermōibus. cor dibusq̄ fidelū. Ipse  
quippe ante aduentū iudicis saluato  
ris nō immerito speratur esse venturus  
qui etiā nūc vivere nō immerito credi  
tur. Curru nāqz igneo raptus ē de re  
bus hūamis: qđ euidentissime sancta

scriptura testatur. Cū venelt ergo ex  
ponēdo legē sp̄ualiter. quā nūc iudei  
carnaliter sapūt: cōuertet cor patris  
ad filiū id ē cor patrū ad filios. Sim  
ilarē quippe numero plurali interp  
tes. lxx. posuerūt. Et est sensus ut etiā  
filii sic intelligāt legē id ē iudei. quē  
admodū p̄s eā intellexerūt. id est  
p̄phete i quib⁹ erat et ip̄e moysē. Hic  
enī cor patrū ouertetur ad filios: cū  
intelligētia patrū p̄ducetur ad intelli  
gentiā filiorū. et cor filiorū ad patres  
eoz: dū in id quod senserūt illi olen  
tiūt. vñisti. Vbi. lxx. dixerūt. et cor ho  
mīmis ad pximū suū. Sunt enī inter  
se valde pximi patres et filii. Quāq̄  
in verbis septuaginta interpretū. qui  
p̄phetice interpretati sūt. potest sensus  
alius idēq̄ rectior inueniri: ut intelli  
gatur helias cor dei patris ouersurus  
ad filiū. nō vñiq̄ agēdo ut pater dili  
gat filiū: sed docendo qđ pater dili  
gat filiū: ut et iudei quē p̄pus oderat;  
diligāt eundē qui noster ē xp̄us. Ju  
deis enī nūc auersū cor habet deus a  
xp̄o nřo: quia hoc putant. Eis ergo  
tūc cor eius cōuertetur ad filiū: cū ip̄i  
conuerso corde dicērunt dilectionē  
patris in filiū. Quod vero sequitur. et  
cor hois ad pximū suū. id est ouertet  
helias cor hois ad pximū suū: quid  
melius intelligif: q̄ cor hois ad hoies  
xp̄m. Cur enī sit in forma dei deus nř:  
formā serui accipiēs. esse dignatus ē  
etiā pximus nř. Hoc ergo faciet helia  
as: ne forte inq̄ remā. et peccatiā terriā  
pemitus. Terra sūt enī qui terrena sa  
pūt: sicut iudei carnales usq; nūc. Ex  
quo vicio otrā deū murmurā illa vene  
rūt: quia mali ei placent: et vanus est  
qui seruit deo. Ca. xxx.

**M**ulta alia sūt scripturarū testi  
monia diuinarū nowissimo iudi  
ciō dei: que si omnia colligā minis lon  
gū erit. Hatis ergo sit: q̄a nouis et

veterib⁹ literis sacris. hoc pñūciat⁹  
esse pbaumus. Sed veterib⁹ p xp̄m  
futurū esse iudicū id est iudicē cristū  
de celo esse venturū: non tanq̄ nobis  
evidēter exp̄ssum est: ppter ea q̄ cū  
ibi dicit dñs deus se esse venturum vel  
dñm dñ dicatur esse venturū: nō cōse-  
quēter intelligitur xp̄us: dñs enī de-  
us. et pater est. et filius et spiritus san-  
ctus: neq; hoc tñ int̄statū relinquerē  
nos oportet. Primo itaq; demonstrā-  
dū ē. quēadmodū ih̄us xp̄us tanq̄  
dñs deus loquat̄ in p̄phetis libris  
et tñ ih̄esus xp̄us evidēter app̄areat:  
ut q̄ādo nō sic app̄aret. et tñ ad illō  
vltimū iudiciū dñs deus dicitur esse  
venturus: possit ih̄esus xp̄us intelligi.  
Est locus apud isaiam p̄phetam: qui  
hoc quod dico evidēter ostendit.  
Deus enim per prophetam audi me  
inquit iacob et israhel quem ego vo-  
co. Ego sum p̄mus. et ego ī sempiter-  
nū. et manus mea fundauit terram: et  
dextera mea firmauit celum. Vocabo  
eos et stabūt simul: et congregabū-  
tur omes. et audient. Quis enūciavit  
huc? Diligēs te. feci volūtatez tuā sup  
babilone ut auferre semē chaldeorū.  
Et locutus sū. et ego vo caui et adduxi  
eū: et p̄sp̄era feci viam eius. Accedite  
ad me: et audite huc. Nō a principio  
locutus sū in abscondito. qñ siebat ibi  
erā. Et nūc dñs deus misit me. et sp̄us  
eius. Nempe ip̄e est qui loquebas sic  
dñs deus. nec tñ intelligeretur ih̄esus  
xp̄us misit addidisset: et nūc dñs deus  
misit me. et sp̄us eius. Hoc enī dixit  
scđm formā sūi de re futura v̄tens p̄-  
teriti tēponis v̄bo: quēadmodū apud  
eundē p̄phetā legit: sic ouis ad imo-  
landū ductus est. Nō enī ait ducet:  
sed p eo qđ futurū erat p̄teriti tēponis  
verbū posuit. Et assidue p̄phete sic lo-  
cūtur. Est et aliis locus apud iachas-  
riā qui hoc evidēter ostēdit: qđ om̄i-

potēte misit om̄ipotēs. Quis quē. m-  
hi deus pater. deū filiū. Nā ita scriptū  
est. Hec dīc dñs om̄ipotēs. Post glo-  
riā misit me sup gentes. q̄ sp̄lia auerēt  
vos: q̄ qui tetigerit vos. quasi tāgit  
pupillā oculi eius. Ecce ego inferam  
manū meā sup eos: et erūt sp̄lia h̄is  
q̄ seruerāt eis: et cognoscetis q̄ dñs  
om̄ipotēs misit me. Ecce dīc dñs om̄i  
potens. a dño om̄ipotente se missum.  
Quis hic audeat intelligē misi xp̄m  
loquentē. scilicet oīb⁹ q̄ pierāt dom⁹  
isrl̄. Ait nāq̄ ī euāgelio. Nō sū missus  
mihi ad oues q̄ pierunt domus isrl̄: q̄s  
hic cōparauit pupille oculi dei: ppter  
excellētissimū dilectōis affectū. Ex q̄  
genere ouū. etiā ī p̄i apostoli fuerunt.  
Sed post gloriā resurrectōis vtq;  
sue. que anteq̄ fieret ait euāgelistā.  
ih̄esus nondū erat glorificatus: etiam  
sup gentes missus est in aplis suis: ac  
sic īpletū est qđ ī psalmo legit. Erū  
es me de contradicōmb⁹ p̄pli: constis-  
tues me ī capite gentiū: ut qui sp̄lia  
uerant israhelitas. quibusq; israhelite  
nō vicissim eodē mō spoliarētur: si p̄i  
spolia fierent israhelitaz. Hoc emm  
apostolis p̄miserat dices. Faciā vos  
piscatores hoīm. Et v̄m eorū. ex hoc iā  
inquit hoīes eris capiēs. Spolia er-  
go fierint. s̄ ī bonū tanq̄ erepta vasa  
illi fortū: sed fortius alligato. Item p̄  
eūdē p̄pheta dñs loquēs. et erit inq̄t  
īndie illa. querā auferre omes gentes  
que veniūt cōtra isrl̄. et effundā sup  
domū dauid. et sup habitatores ih̄e-  
rusalē spiritū gratie et misericordie et aspi-  
cient ad me p eo qđ insultauerūt: et  
plangēt sup eo planetū quasi super  
carissimū: et dolebūt dolore q̄i sup v̄m  
gemūt. Nūquid mihi dei ē auferre oēs  
gentes īmicas sancte ciuitatis ih̄e-  
rusalē. q̄ veniūt otra eā: id est strarie  
sūt ei. vel sic alij sūt interpretati. veniūt

117

sup eā. id est aut effundere sup domū  
david. et sup habitatores eiusdem cui  
tatis spiritū ḡtie et misericordie. **H**oc vti  
q̄ dei est. et ex persona dei dicit p̄pheta  
tā: et tñ hūc deū h̄c tā magna et tā di  
uina faciente sese xp̄us ostēdit: adiū  
gēdo atq; dicēdo. **E**t aspiciēt ad me  
p eo q̄ insultauerūt: et plāgent sup  
eo planctū q̄i sup carissimū hue dile  
ctū: et dolebūt dolore q̄si sup vni gemi  
tū. **P**enitēbit quippe in die illa iude  
os etiā eos q̄ accepturi sūt sp̄m gra  
tie et misericordie: q̄ in eius passione insul  
tauerūt xp̄o cū ad eū aspicerint i sua  
maiestate vementē: eūq; esse cognō  
uerint quē p̄us hūlē in suis parēti  
bus illusēt: quāvis et ip̄i parētes eo  
rū tante illius impietatis auctoēs re  
surgētes videbūt eū: h̄i pumendi iam  
nō adhuc corrigēdi. **N**ō itaq; hoc lo  
co ip̄i intelligēdi sūt vbi dictū est: et  
effundā sup domū dāvid. et sup habitato  
res iherlm̄ sp̄m gratie et misericordie: et  
aspiciēt ad me p eo q̄ insultauerūt:  
h̄i tñ de illoꝝ stirpe venientes p̄ he liam  
illo tpe sūt credituri. **D**; sicut dixim⁹  
iudeis. vos occidistis xp̄m q̄uis ho  
parētes eoꝝ fecerit: sic et isti se dole  
būt fecisse quodāmō: qđ fecerit illi ex  
quorū stirpe descēdūt. **Q**uāvis ergo  
accepto spiritu gratie et misericordie iā fi  
deles nō dānabūt cū impijs parēti  
bus suis dolebūt tñ tanq; ip̄i fecerint  
qđ ab illis factū ē. **N**on igit̄ dolebūt  
reatu crīmis: h̄i pietatis affectu. **D**az  
nevbi dixerūt. lxx. interptes. et aspici  
ent ad me p eo q̄ insultauerūt: sic in  
terptatū est ex hebreo: et aspiciēt ad  
me quē s̄ixerūt. Quo quidē v̄bo eū  
dentiū xp̄us apparet crucifixus. **D**; illa  
insultacō quā. lxx. ponē maluerit:  
eius v̄mīse nō defuit passiōni. **N**ā et  
detēto et alligato. et a diuidicato. et ob  
probrio ignomīno se vestis m̄duto.  
et sp̄mis coronato. et calamo i capite

peccato. et irridēter fixis gemis ado  
rato. et crucē suā portāti. et in ligno iā  
pendēti: vñq; insultauerūt. **P**roīde  
interptacō nō sequētes vñā h̄i vtrā  
q̄ uīgentes. cū et insultauerūt. et cō  
fixerit legimus: plemius veritatē do  
minice passionis agnoscimus. **C**um  
ergo in p̄pheticis literis ad nouissi  
mū iudicium faciendū deus legitur  
esse venturus. et h̄i eius alia distincō  
nō ponat: tantūmō ppter ip̄m iudicium  
xp̄us deb; intelligi: q̄ et h̄i pater iudi  
cabit. p aduentū filij hoīs iudicabit.  
**N**ā ip̄e p̄ sue p̄sentie manifestacōne;  
nō iudicat quenq;: h̄i om̄e iudicium de  
dit filio. **Q**ui manifestabīt homo iudi  
caturus: sīc homo ē iudicatus. **Q**uis ē  
enī aliis. de quo idē deus loquit̄ per  
isaīā sub noīe iacob et israhel. de cuius  
semie corpus accepit. **R**d ita scriptū  
est. jacob puer meus. suscipiā illū: isrl̄  
dilectus meus. assumpit eū aīa mea:  
dedi spiritū meū in illū: iudicium q̄tib⁹  
pferet. **N**on clamabit. neq; cessabit:  
neq; audiet̄ foris vox eius. **C**alamū  
quassatū nō oteret: et linū humas non  
extinguat̄: h̄i ieritatem pferet iudicium.  
Refulget et nō ofringetur donec po  
nat i terra iudicium: et in noīe eius gen  
tes sperabūt. **I**n hebreo nō legitur ia  
cob et israhel. **D**; qđ ibi legitur fūus  
meus. nimirū. lxx. interptes volentes  
admonē q̄tenus id accipiendū sit. q̄  
sc̄ ppter formā serui dictū est in qua  
se altissimus hūlīmū p̄buit: p̄pīus ho  
mīnis nomē ad eū sigmīcādū posue  
rūt: de cuius genē eadē sui forma sus  
cepta ē. **S**atus est in eū sp̄us sc̄us: qđ  
et in colubre specie euāgeliō teste mon  
stratū ē. **J**udicium gentib⁹ p̄tulit: q̄ p̄  
nūciauit futurū: qđ gentib⁹ erat occul  
tū. **M**āsuetudie nō clamauit: nec tñ in  
p̄dicāda veitatem cessauit. **D**; nō ē au  
dit a foris vox eius. nec audit̄: qñqui  
dē ab eis qui foris ab eius corpē p̄tū

**Liber xx<sup>o</sup>**

sunt nō illi obeditur: ipsoq; suos psecutores iudeos qui calamo q̄ssato pdita integritate et lmo humati amissio lumine copati sunt. nō otruit. non extinxit: q̄ p̄cepit eis. qui nondū venerat eos iudicā. s; ab eis iudicari. In veritate sane p̄tulit iudicium: pdicēs eis q̄n p̄mendi essent: si in sua maliginitate p̄fisteret. Refusit i monte facies eius. in orbe fama eius: nec cōfractus hue cōtritus ē: quia neq; i se. neq; in ecclēsia sua ut ēē defistēt psecutorib; cessit. Et ideo nō est factū nec fieri qd immīti eius dixerūt. vel dicūt: q̄n moriet et p̄bit nomē eius: Donec ponat i terri iudicium. Ecce manifestū ē qd absconditū q̄rebamus. Hoc enī est nouissimū iudicium: qd ponet in terra cū venient ipe de celo. De quo iam videmus impletū qd hic ultimū positiū ē: et in noīe eius gētes sperabunt. Per hoc certe qd negari nō p̄t: etiā illud credat qd impudēter negat. Quis enī speraēt q̄ etiā h̄i qui nolūt adhuc credē in xp̄m iā nobiscū vidēt: et qm̄ negātē nō possunt. dentib; suis frenēt et tabescēt. Quis inq; speraret gentes in xp̄i noīe speraturas. q̄n tenebat ligabatur cedebat. illudebat. crucifigebatur. q̄n et ipi discipuli spēm p̄diderat quā in illo habētā cēpāt. Qd tūc vñ latro sperauit in cruce: nūc sperat gētes longe lateq; diffuse. Et ne in eternum moriatūt: ipa in qua ille mortuus ē cruce signātūt. Nullus igitur vel negat vel dubitat p̄ ih̄m xp̄m tale qualestis sacrī literis p̄nūciatur futurū esse nouissimū iudicium: m̄hi q̄ eisdē literis nescio qua incredibili ammositatem seu cecitate nō credit: q̄ iā vētate suā orbī demōstrauere terraz. In illo itaq; iudicō vel circa illō iudicium. has res dicimus esse vēturas. Heliā tesbitē. fē iudeo r. antixpm psecuturū. xp̄m iudicaturū: mortuorū resurrectō; bono-

rū. malorū dīrepco; mūdiōfla graco; eūsdēq; renouacō; Que oīa quidērē tura esse credendū est. S; quib; modis. et quo ordīne vēiat: magis tunc docebit rerū expīta: q̄ nūc valer cōsequi ad pfectū homīm intelligētā. Existimo tū eo quo a me memorata sūt ordīne esse vēitura. Duo nobis ad hoc opus p̄tinētes reliqui sūt libri: ut adiuātē dño p̄missa cōpleamus. Quos rū erit vñus de malorū supplicio: aliq; de felicitate iustorū. In quib; maxime sicut deus donauerit argumēta reuelātur hūana. q̄ contra pdictā ac p̄mis̄ fa dīma sapiēter sibi miseri ridere vident: et salubri fidei nutrīmēta velut falla et ridēda otēnūt. Quā vero scđm deū sapiūt: oīa q̄ incredibilia vīdetur homībus. tū scripturis sanctis quāz iā vēitas multis modis asserta ē cōtinetur: maximū argumentū tenēt vēracē dei om̄i potētā: quē certū habēt nullo mō in eis potuisse mentiri. et posse facē qd impossibile est in fideli.

**E**xplīt liber vicesimus.  
Incipiūt tituli i librū. xxii.

- i. De ordīne disputacōis q̄ p̄pus differendū est de p̄ etiō supplī cō dānatorū cū diabolo. quā de eterna felicitate sanctorū.
- ii. An possint corpora in vſtione iḡms esse ppetua.
- iii. An osequēs sit ut corporeū dolorē sequat̄ carnis īteritus.
- iv. De naturalib; exēplis quorū cōsideracō doceat posse īter cruciatus viuētia corpora p̄manere.
- v. Quāta sūt q̄ nō recte queant agnosc̄. et tū eadē vera esse nō sit ambiguū.
- vi. Qd nō oīa miracula naturalia sūt. s; pleraq; hūano īgenio